COLAI

OPERA.

...MUS V.


Vacandum Studiis.
Ex Bibliotheca
VALENTINI SCHLIEFF
Gedani.

Henrici Nicolai

D. O. M. A.

DE

QUOTIDIANA

Telluris revolutione,

EXERCITATIO PECULIARIS.

Philoſophica, Mathematica, & Theologica. Veritatem motionis in terrâ rationibus & authoritatibus demonſtrans, & quæ ei vel è Scripturâ, vel Naturâ, vel experientiâ, obverti videntur, univerſa reſolvens.

AUTHORE
HENRICO NICOLAI,
Theol. & Phil. Profeſſore.

ELBINGÆ.
Literis CORELLIANIS.
Anno à partu Virginis Matris,
M. DC. LIII.

In varia egregiè scribta à Clariss. Excellent: Viro,

Dn. HENRICO NICOLAI, quà Philosophica, quà Theologica, Publici juris facta.

PHilosophiæ, Theologiæ, si quis Athlantem
Fortem Te vocitet, Nemo ea vera neget.
Cæcos tu catulos paris haut, scribendo sed vngues
Rodis: quæ vulgus non rapit illa Notus.
Mactè his, Vir ter-clare, ausis! Tu pumice tersos
Ac benè limatos promere perge libros.
Sic, sic ne dubites, post tristem funeris horam,
Delitium seræ posteritatis eris.

F.

Rotgerus zum Berge,
Reg. Secr.

Respondentem in materiâ egit Faustus à Raciborko, Morstinius. Equ. Polonus.

LECTORI BENEVOLO
S. et Pacem Christi,

TEllurem volvo, LECTOR BENEVOLE, Sed sine armis, innoxiâ meditatione. Res an assensum prudentis, fidem sapientis, eliciat, literatis grandis & in longum pro-[...]ta disceptatio extitit. Non *adeò absona visa*, ut in-[...] tot difficultates non connivendum putaremus. Ipsa [...]ceptandi velitatio persuasit nobis, dandum aliquid [...]eniis, experientiis, inquisitionibus. *Sacrum Cre-[...]dorum principium* maximè sententiæ adversari visum. [...] Sed ritè discussum locum non exhibet, qui ve-[...] sententiæ contraveniat. Conciliari negotio valet, [...] aliorsùm verti, quàm primâ fronte promittat. Oc-[...]batio de eo *t. 18. & sequentibus nonnullis* suscepta. [...]jor postidea assentiendi animus surrexit, & Natu-[...]n negotio conciliare spes successit. Moris in eâ, [...] abstrusa illudere mortalibus, Spes ac molitiones [...]endere, & suspendere. Ne in mirum accipiatur, [...] pigro elemento, quod sedem mortales nacti sumus, [...]vios ac patentes sensus quotidie teneri, ut quid fiat, [...]ut fascino præstricti non advertant, *Matrem ex ad-[...]so Parentis provolvi.* TIBI tamen, LECTOR ERUDITE, volutationem pensandam æstimandamq; exhibere visum. Subacto judicio *aut* approbata di-

scussio

ſcusſio recedet, *aut* melioribus firmata quieſcet a
verioribus inſtructa mutabit. Multi inter holie
nos rei gnari verſatiq; , & ſententiæ Patroni ſunt,
non ignavi defenſores. *Quæ è vulgo homines* hic ſe
ſent, parum ad cogitationem admittendum. Nu
quam de magnitudine Solis & aſtrorum fidem in illi a
cipient. Ingenia à vulgi ſordibus ſecreta eſſe opo
tet, quæ arcana ſcire aut indagare cupiant. *Mat*
maticæ Scholæ lumen & experientias ſuppeditent: qu
tutiùs nitaris. Navitam de ventis, de armis militem
diſceptare, conſentaneum eſt. Digeſſi partitè arg
mentum, adſtructoriè, ac deſtructoriè pertractans. A
expedierim, tuo, LECTOR, æſtimio commiſſum
eſto. Meliora ſi ſuppetant, impertiri voveamus. E
Et hæc noſtra in melius interpretare. Elbingæ,
Januarii. Anno reparatæ ſalutis M. DC. LIII.

In th. 17. p. 24. Pro 65. Lege 365. *Ad t. 20. p.*
Adde, Sic cardines terræ Scriptura vocat, quibus
impoſuit orbem habitabilem, *1. Sam. 2. v.* 8. Quo
in accuratâ conſideratione aliter ſe habere ce
tum eſt.

D. O. M. A.

De quotidianâ Telluris revolutione,

EXERCITATIO PECULIARIS,

Physiologica, Mathematica, & Theologica.

THESIS I.

QVi mundum dissentientibus opinionibus gubernari affirmant, & quod res est, dicunt, & experientiâ attestante confirmantur. Plenus enim planusq; fermè in scientiis omnibus dissensus, Nec facilè duos reperias, quibus unâ re per omnia idem sentire concessum fuerit. In ipso omine assidua velut velitantium inter se partium, Corporis ac animæ depugnatio, viget. *Diversos ac secretos er & pluria capita, qui consensum speret, mundi indolem norare videatur. Et ut in Musicâ concentus discors probar, in sono dissonæ voces, quia extrema in concentum desitura erantur: Sic in literis dissensus non improbandus, & diversis sentiendi ferenda, quia in veritatem conflictum desiturum erandum est.* In Theologicis *quàm placita sectarum tanto paratu per tot secula conflictantium, in diversum abeant, tot lemicorum Volumina, quæ 100. plaustris nemo ad tertium lapim provehat, ad nauseam demonstrant.* JCtorum *dogmata dissideant, factionum nomina ab authoribus tracta,* Cuiaciaorum, Donellistarum, Fabristarum, *contestentur.* Meicis *quis circa morbos, causas, symptomata, remedia, consens, sectæ* Galenicorum, Empiricorum, Dogmaticorum, lethodicorum, *Hermeticorum & Paracelsicorum fidem cere queant.* Et Philosophis *haud sequior fortuna relicta*

 est.

est. In omnibus disciplinis *per infinitas sententias lacerati* *sunt, Metaphysicis, Physicis, Mathematicis, Practicis.* Omni- *bus palmam præripiat* Physiologia , *ubi mille hominum mentes* *nec voto vivitur uno.* *A primâ ad ultimam parte memo-* *rabilibus exemplis fides, si opus, comparari potest.* De terra *permulta in Physicis variantibus sententiis disceptantur.* Ipsa *gravitas, quam sensus addoceat, in dubium vocata est.* Sed præsens Problema de quiete aut motu terræ, *cum visum* *sensus omnibus esse videri, & quiescere eam communem consen-* *sum postulare debeat, in oppositum tamen à non paucis itum* *& in orbem quotidiè volvi assertum.* *De quo in præsens fun-* *damenta sentiendi cum* DEO *constituere intentum est.*

2. Duplex *ac opposita sententia hac de re à longin-* *tempore tam* Veterum, *quàm* Recentiorum *extitit inter Phi-* *losophos.* Una *immobilem eam esse constanter asseverat,* *Patronos nacta est ex Patribus & Theologis plerosq;.* Gre- Nazianzenus Or. 14. *sanis ac mente non læsis terram im-* *bilem stare, qui vertigine laborant, illis circumagi ait.* Et C. 4. *Deum Verbo terram in sede stabilivisse, & cœlum tornasse* *ait.* Ambrosius in Hexaemero, Basilius in C. 1. Gen. hom. 1. Augustinus L. 1. d. Gen. ad lit. C. 10. Hiero. Lactantius L. 2. Instit. C. 10. Et L. d. ira Dei C. 13. *Si-* *ribus motum tribuunt, nemo terræ.* Conf. Fromond. de q- et. terr. C. 7. *Theologi recentiores pleriq; huic sententiæ a-* *stipulantur,* Pontificij, Lutherani, Reformati. *Anno 161* *Romæ Congregatio Cardinalium sententiam de motu terræ, sc-* *ptaq; de eo omnia damnavit, prohibuit, ac suspendit.* Ind. Sarsius *Catholicis nullâ ratione terræ motum permitti ait.* Fro- mondus c. l. C. 4. Et in Apolog. c. Jac. Lansbergium, quæ Vesta dicitur. Tannerus T. 1. Th. Scho. d. 6. q.

Pine

eda in C. 9. Jobi, Lorinus in C. 1. Eccleſ. v. 4. La-
ein C. 1. v. 1. Gen. Voetius p. 1. diſp. 5. de Creat. t. 1.
.& Therſit. heautont. ſ. 3. C. 2. *Vbi omnes* Commentato-
Veteres & Recentiores *in* Geneſin, in Joſ. 10. Et
.38. *Et Scriptores Locorum Comm.* Zanchium, Guil.
iſienſem, Bar. Anglicum, Danæum, Fullerum, Pet.
Aliaco, Clavium, Melanchtonem, aliosq; *ita ſentire tra-*
Calixtus Equicr. d. Colloq. Thoru. t. 21. Becman. ex. 22.
eol. 35. t. *motum terræ rejiciunt.* Serarius *hæreticam* in C. 10.
. Lipſius *hæreſin* L. 2. d. 19. Ph. Stoic. Marſennus q. 9. C.
ien. & Fromondus c. l. C. 5. *temerariam vocant, & hic altero*
em pede hæreſios limen intrantem. Ex Philoſophis Plato,
parchus, Ptolemæus L. 1. Op. Aſtron. C. 7. Apulejus
d. mundo, Macrobius L. 1. c. 19. Mart. Capella L. 6.
rtib. c. 3. Et L. 8. c. 2. Seneca L. 7. Nat. q. C. 2. Et
6. C. 1. Ariſtoteles 2. d. Cœl. C. 13. 14. Et L. d. mundo,
2. *ſi ejus eſt*, Magirus L. 3. Phyſ. C. 5. Bartholinus tr.
ëre & terra, C. 3. Timpler. l. 3. Apſych. C. 4. q. 11. Ke-
erman L. 2. Phyſ. C. 10. Et L 2. d. loco, C. 17. Et L.
eogra. C. 2. t. 4. Petr. Bartholinus Apol. c. Hortenſium,
O. Alſtedius L. 1. Geogr. C. 1. t. 8. Et p. 2. Theo. Nat.
12. Comenius L. 6. Phyſ. t. 34. Peucerus d. Circ. cœl.
5. Seidelius l. 2. Phyſic. c. 12. Valleſius c. 59 62. Sacr.
il. Melanchton L. 1. Phyſ. p. 47. Tycho Brahe L. 1.
gymn. & L. 2. d. Comet. C. 8. Et L. 1. Ep. Aſtron.
rbachius & Regiomontanus L. 1. epit. Almageſt. Pto-
n. Mullerius iſag. tabul. C. 1. Bodinus L. 2. th. Nat. Kir-
erus d. magn. L. 3. p. 1. C. 1. Cæſalpin l. 3. qu. Perip. q.
Ruvius in L. 3. d. Cœl. C. 8. q. 4. Zabarell. 2. d. mot. gra.
3. Arriaga d. 4. d. gen. n. 126. ſeq. Rob. Flud. app. diſc.

analyt. p. 19. Taurellus trium. Phil. p. 201. Casus in 2. Phys. C. 3. Et L. 6. C. 4. Gorleus ex. Phil. 17. 16. Mendoza d. 3. d. Cœl. t. 42. aliiq; *terræ quietem adstruunt.* Ovidius L. 6. Fastor. *ita de eâ:* Stat vi terra sua, Vi stando Vesta vocatur. *Plerosq; Theologos & Astronomos* Judæos, Arabes, Græcos, Latinos, *id sentire* Voetius c. l. *tradit.*

3. *Ex opposito* alii *motum terræ quotidianum defendunt.* *Ex vetustioribus quidam* Platoni *in Timeo attribuerunt*, *sed obscuriùs sentienti*, *Vt* Cicero l. 4. Acad. qu. t. 31. *tradit.* *Et quidem Platoni jam seni*, *Vt* Plutarchus in Numâ & Theophrastus *narrant*, *& ab Archytâ Tarentino*, *Timæo Locro leporem Socratis cum hujus miscuerit disciplinis*, *ut* Hieronym. apol. c. Ruffinum *loquitur.* *Apertiùs* Pythagoras & Pythagorici *eam tenuerunt.* *Illi dixerunt*, *Nos esse*, *quos rerum Natura nescientes ferat*, *nec cœli motu ortus & occasus fieri, sed ipsos homines oriri ac occidere.* *Digna contemplatu res est, ut sciamus*, *pigerrimam*, *an velocissimam sedem sortiti simus*, *ait* Seneca L. 7. c. l. Et Aristot. L. 2. d. Cœl. C. 13. Plutarchus L. 3. d. plac. Phil. C. 13. aliiq; *attestantur.* *Secuti* Pythagorei, Aristarchus Samius, (*Si non Pythagorâ antiquior*) Philolaus, Nicetas Syracusius, Saleucus, Cleanthes Samius, Leucippus, Heraclides Ponticus, Ecphantus *& similes*, *de quibus* Plutarchus, Cicero, Diog. Laertius *& alii.* Democritus *item &* Thales ap. Ruvium in 2. d. Cœl. C. 3. q. 4. Numam *Pompilium idem sensisse* Ovidius & Campanel. C. 2. Apol. pr. Gal. *&* Plutarchus in Numâ, Vossius L. 2. d. idol. C. 2. *tradunt.* *Ex* Theologis *ante Copernicum annis 80.* Nic. Cusanus *Cardinalis* L. 2. d. doct. ignor. C. 12. *id sensit.* Originem in Ezech. & Gregor.

adit

dit Campan. c. l. C. 4. *Post eum* Didac. Astunica Com.
C. 9. Job. Paul. Foscarinus Carmelita in epis an. 1615.
apoli editâ, quam Systemati Cosmico Galilei apponi curârunt,
466. seq. Phil. Lansbergius L. d. mot. terr. q. 1. Jac.
m Teutonicus de tripl. vita, C. 9. Campanella *Mona-*
s c. l. C. 2. 3. 4. *Quanquam C* 2. Physiol. a. 1. Et C. 4.
r. quietam ac immobilem faciat, & motum ejus malum fore,
t, quia Cœlo contraria sit, quod moveatur, & Prodr. Phil.
tau. p. 33. *mobilissimum Cœlum, immobilissimam & densissimam*
ram dicat, & frigus quiete vivere, & densitatem quieti
ptari dicat, eam tenent. Ex Philosophis & Mathematicis
pernicus in L. revol. cœl. an. 1540. *evulgato,* L. 1. C. 8.
tem malè, non seriò ita sensisse And. Osiander *in epis.* Ope-
jus præfixâ docet an. 1543. Copernicei *omnes, Vt* Mœstli-
s in scrip. Astron: Rothmannus in scrip. Mathem. Phil.
Jac. Lansbergii, Gilbertus L. 6. Phys. Magn. C. 3. *In*
m Ouvenus, *Stare negas terram, nobis miracula narras,*
c cum scribebas, in rate forsan eras. Cabæus in Phys.
gn. Wendelinus Mathematicus, Hortensius præf.
mm. Lansberg. Rhodius Math: Wittebergensis, Keple-
s Cæsarius Mathem. L. 1. Epit. Et Introd. ad Martem,
iganus Ep. ad Elector. Brandeburg: Et dedic. par. 1.
hemer. Longomontanus in Astron. Dan. L. 1. Theor.
ymarus Ursus fund. Astron. C 5. Pet Crugerus quon-
m *Collega noster celeberrimus,* progn. an. 614. Corol. 2. Et
. 639. C. 4. Et peculiari disp. *de terræ motione an. 1616.*
bita, alibiq; Dn D. Eichstadius, progn. an. 645. C. 3.
an. 48. C. 3. & 4. Havemannus Stadensis, Lineman-
s Regiomontanus prog. an. 41. C. 3. Scaperus Helm-
diens. Mathematicus ap. Becman. ex. 22. Theol. t. 35.

Eras-

Erasmus Rainoldus, Joh. Anton. Maginus in Ephem. a. Campan. c. l. C. 2. *Qui & Clavium huic sententiæ amic* addit, *Quod & Kepler. facit: Sed quod validè negat* Fromondus C. 1. c. l. *Item* Franc. Maria Ferraziensis, Colantor Stelliola ap. Campan. c. l. C 4. Tobi. Adami præf. Phil realis Campanellæ, Galilæus in System. Cosmic. & pec Scripto, Gassendus L. 4. ex. c. Aristot. Et præf L. 1. L. 1. exerc. 7. t. 7. Baranzanus p. 1. q. 3. Uranosco Henr. Regius C. 2. fund. Medic. Werdenhagen d. rebu Hanseat. p. 1. C. 9. Aliiq;. Scaliger *non quidem move posse tamen & ipsam etiam moto cœlo moveri in puncto ait, eo motu à proprio loco exituram terram, nihilq́; propterea* gitii commissum iri dicit ex. 45.

3. *Sed hunc motum* diversimodè *quidam adstruunt.* Qu*dam ex toto terræ tribuunt, ut Solem immobilem & Centrum universi faciant, ut* Copernicus, *& qui eum citati magnam partem sequuntur,* Itali, Germani, Galli, Angli, Belg Quidam *ex parte, ut solem cæterasq́; stellas simul mobiles teantur, & per* συνάρθρωσιν *ac coartuationem magneticam om in suis sedibus correspondenter pro bono Communi volvi, motum communem tàm terræ, quàm Soli tribuendum, proprium a. cu relinquendum putent, Vt* SemiCopernicæi, *& nonnulli è tatis, Vt* Cl. Crugerus disp. cit. t. 6. *Vbi eleganter, Mov tur terra, movetur cœlum.* A motu terræ & additamen Solis est dies, à motu Lunæ mensis, à motu Solis *ann & 4. vicissitudines, ait,* Dn. Continuator, Origanus, Lan bergius d. mot. terr. q. 1. aliiq;. Quibus *ut maxi probabiliter & harmonico Systemati Mundi convenienter sentie tibus calculum adjicimus.* Quidam *per accidens terram m veri ajunt ad motum rapidissimum Cœli & aëris, & altissim*

mont

ntes huic motui resistentes, ut in navib. aurâ incumbente fieri vinus, ut Cæsalpinus in qu. Peripat. L. 3. q. 6. Vbi flum maris inde deducit. Alii motum librationis terræ assiunt ad mutationem Centri, q. terra è Centro suo ex parte lexerit, & instar libræ in unam alteramvè partem magis inârit, ob varias mutationes montium, urbium, fluminum ularum, marium inundationes, terræ motus, & similia, Vt ranzanus in Phys. digla. 18. t. 10. Sic priorem sententiam terræ motu corrigit. Sed valdè à vero aliena hæc senten., t. 7. Vt & aliorum, qui singulis momentis terram ad comessiones animalium librari censent, c. l. Quidam deniq; intum esse ajunt, an moveatur terra, an verò stet. Frigidam, cam, & nigram sciri posse. Vt Chrysostomus hom. 7. 1. Thessal. Vt Campanel. C. 4. Apol. adducit.

4. Priusquam ad rationes nostram sententiam confirman accedamus, quædam ad rem & quæstionem melius intelligenm facientia præmittenda erunt. 1. Non quæritur de motu rræ violento, ut cum ex Spiritu intùs violenter concluso pulur, concutitur, tremit, aut hiatu rumpitur: Sed naturali, i naturaliter ei insit, naturæ ejus respondeat, ex eâ oriatur, q; nihil violenti, ut concussionem, rupturam, hiatum, debientiam, tremorem, simileq; secum ferat, unde non metuenda ucturarum aliorumq; terræ inædificatorum ruina, t. 29. 2. lotum terræ assignando non omnem Cœlo & astris negamus, d aliquem relinquimus, t. 3. 14. Sive id fecerit Copernius, sive omiserit. Non ad meras authoritates hominum hic ligandi sumus, sed quid maximè convenienter in proposito pro rmoniâ Mundi ac Systemate ejus constituendo statui possit, inuirendum & recipiendum ducimus. 3. Motum lapidum, lebarum, aliorumq; in altum projectorum, aut partium terræ

à toto

à toto avulsarum, prorsùs à motu totius telluris heterogeneu[m] esse, nec ejus naturam in circulari motu sequi necessum es[t]. Quædam *etiam Corpora mista sunt, non simplicia, ut lapi[des] glebæ, eoq; talium motus uno tempore duplex & multiplex e[sse] potest.* Sic *vermiculus in globo rotationi globi contrariè re[...] tripliciter movetur, vertigine globi, axis* [...]*tione in polos [ele]vando aut deprimendo, & proprio in glob[o] [r]eptatu suo.* Sic *projectilia in aëre & pulsu à projiciente ad scopum, & ve[ctu]râ ab aëre terram circulariter comitante, & decidentiâ tam[en] ad terram, cum impetus pulsionis langvescit, moventur.* Sic *avis in caveâ satis amplâ circumgyratâ & simul portatâ, tri[pli]ci motu simul movetur, volatu proprio, gyratione, & deport[atio]ne alienâ caveæ.* Sic *rotulæ horologii à navigante versus p[u]pim delatæ molliterq; succussæ, quadruplicem motum habent, [horo]logii, delationis à portante, progressionis à navi, & succussi[onis].* Idem *in infinitis aliis exemplis procedit, Vt infante in bra[chiis] portato, leniter succusso, & cum navi promoto, contra motu[m] navis portato, aliisq;.*

§. 4. Non omnium argumenta *pro motu terræ a[d]ducta probamus aut defendere tenemur, Sed quæ nobis validiora [et] probabiliora videntur.* Sic Astunica *pro eo locum* Job 9. v. 6. *adducit, & tàm pro motu Copernici evidentem ait [ut] pro terræ stabilitate explicatior nullus sit,* in C 9. Jobi. [...] *alienissimè, cum de violentâ terræ commotione ac concussio[ne] eum loqui Contextus & omnes circumstantiæ doceant, ut eo m[odo] majestatem Dei operantis clariùs* Jobus *demonstret.* Sic *tr[ans]ferre montes & subvertere* v. 5. *Præcipere Soli DEum ait, [ut] non oriatur,* v. 7. *Columnas terræ concutere,* v. 6. *Quæ m[ira]culosè ac violentè fieri, nihilq; cum naturali terræ motione c[om]munia habere certum est.* Alii Psal. 114. v. 7. *adducunt.*

is locus de mirabili commotione & miraculis in exitu Israël ex ypto patratis loquitur, nihil de quotidianâ terræ revolutione inet. Sic Cardanus cœlum centro immobili opus habere ait, r quo voluatur, L. 2. subtil. Quod terra sit. Etiam nè. Cum & super mobili centro, modo polis & axe fixo cer- circumduci queat. V. Aristot. 2. d. Cœl. C. 2. t. 14. Vt lig. c. 1. ostendit. Sic alii simile Coqui veru ad ignem carne vertentis, non autem prunas circa carnem assandam nobilem circumagentis adducunt, ut Keplerus. Etiam nè. Nec DEVS coquo, nec terra carni in veru fixæ, aut us ejus motui veru ad ignem, nec sydera prunis rectè confe- tur. Motus iste veru & carnis ad ignem merè artificialis, oquo ut artifice administratus est, Terræ autem naturalis est: prunæ nec naturâ mobiles, nec lucidæ, nec in foco ut natu- suo loco sunt, sed extrinsecùs ad culinam deportatæ, & igni ctæ lucidæ redditæ sunt. Stellæ autem naturâ sui in cœlo ut loco naturali, lucidæ, & mobiles sunt.

6. Alii terram contra pigritiem, ne putescrat, agitatio- egere, cœlum autem incorruptibile esse, eoq; illo non egere ajunt, Origanus. Et ista ratio aliena est, cum nulla putrescentia errâ timenda, & ventorum flatibus, aliisq; in terræ visceribus tentis causis ea satis impediri queat, sed harmonia mundani ematis concinnior motum istum requirat ac persvadeat. Cœ- etiam ea incorruptibilitas non inest, quam Aristotelei somni- , V. t. 15. Alii pedes ut infimam hominis partem maximè biles ajunt, sic & in macrocosmo esse æqvum sit. Hoc etiam procedit. Non enim instar animalis terra est, ut ei compa- i queat. V. Scalig. ex. 307. s. 1. Sed globi alicujus: Nec pothesibus Copernici id congruit, qui terram non infimam centrum mundi, sed Solem facit, eoq; cum infimo hominis com-

 parari

parari nequit. Alii *quietem nobiliorem motu ajunt.* Nob
lioribus ergò corporibus, qualia cœlum & stellæ, deberi. H
etiam parùm stringit. Nam hoc modo Luna & planetæ et m
*quiescere deberent, quos tamen in motum perpetuum, sal*ten
secundum ac proprium, collocant Copernicei. *Nec quie*s sem
per potior motu. DEUS *divinissimum agens semper in* motu
& angeli ac intelligentiæ semper in aliquâ operatione. V. Mi
chael. t. 27. *Omniaq; viventia actum aliquem vitalem* ce
*santem habent, ut nutritionem, motusq; magis vitalis, q*uam
*quies est. Nec sol et astra pro suâ perfectione acquirend*a m
*ventur, quasi tùm quies perfectio ipsis esset, sed pro Un*ivers
*bono & ob finem extrinsecum, ut in tempora, dies, & s*ec
esse possint, vicesq; rerum & temporum dispensent. Ali in
*Sole nulla motus instrumenta ajunt, sed terrâ, ut fibras rect*as &
*circulares, quibus perindè motus administretur, ut in an*imali
bus. Ineptè. Non enim motus animalis *hic est, nec* terra,
nec sol animal est, sed merè naturalis, ut in levi sursùm gra
*vi deorsùm, itaq; instrumentis nullis hic opus. Satis e*st, à
DEO *Naturæ opifice vim movendi esse inditam. Sic aqu*æ de
*fluxus suos habent & motus, etsi movendi instrumenta null*a in
ipsis.

7. Alii causas motionis in terrâ *ajunt esse, ca*ntes
*ignes, exhalationes, & vapores calidos ac igneos, succos i*n
urentes & calidos, ut sulphura, pices, resinas, ac salespetræ, lea
succina, diversa salia in terræ visceribus clausa, ambras, los
*unde montes ardentes & ignes ejaculantes, ut Heclam in Isla*ndiâ
*Ætnam in Siciliâ, Vesuvium in Neapoli, variaq; mete*ora
*ut fulgura & tonitrua in aëre indè excitentur. Sed u*t in
*microcosmo ex calore cordis perpetuus pulsus in arterias di*di
*tur: Sic & in macrocosmo, terrâ, esse debet, & ex n*ati
bus

ic ductibus terræ magneticis motus in totum terræ corpus
municari debet. Vt Origanus dedic. p. 1. Ephem. *Et*
arùm quadrat. *Si motus in terrâ ab halitibus & igneis*
orationibus est, non est naturæ ejus meræ nudæq; naturalis ac
eniens. *At naturæ ejus puræ convenientem eum judi-*
, quotquot hodiè eum illi vendicant. *Et â magneticâ ter-*
aturâ melius deducitur, quæ ad motus aptissima, t. 11. 12.
alationes, vapores, succi bituminosi, impuram eam reddunt,
naturâ intimâq; naturâ recedentem. Deinde *ab exha-*
nibus est motus, sed non circularis, verùm sursùm, lateralis.
ndefinitus & varius, & pulsus ac tremor aliquis, vel mo-
particularis & inadæquatus, non totalis & universalis indè
qualis in terrâ secundum se totâ. *Sic ex calore hominis*
us in arteriis est, non autem volutatio totius hominis circula-
Exhalationes *in aërem ascendunt, non autem aërem in*
culum cogunt: ignei halitus terram quandoq; concutiunt, tre-
e & pulsari faciunt, ut in Vesuvio & viciniâ ante aliquot
os factum, qui motus terræ prorsùs præternaturales & vio-
i, & quandoq; misti sunt. *At hîc de circulari, simplici,*
naturali terræ motu agitur, qui â vaporibus calidis hic esse
potest. Alii *terram minorem sole ajunt, solem majorem,*
minorem deceat circuire majorem, non contrà. *Vt* Keple-
. *Hinc etiam nihil solidi efficitur â minoritate aut majorita-*
ad motum, sed motus ad utramq; prorsùs indifferens est. Sol
gè major homine, & hanc circumit, non hic illum. *Sæpè*
vi Dominis mole majores, & hos circumsistere, circumire,
jussa expedire coguntur, non hi illos. *Luna longè minor So-*
& hunc non circumit, sed hic potiùs illam. *Sic in mechanicis*
æras facimus, ubi major circumit minorem, non contrà, &
nima pro fundamento immota sidit. Alii *terræ motum &*

 situm

ſitum ex confectione candelabri & partium Exod. 25. v. 31.
allegoricè deducunt, ut Foſcarinus epiſt. p. 491. *Sed hæc ne-*
rè allegorica, & â ſenſu ac intentione Moſis alieniſſima ſunt, pa-
rumq; convenientiæ habent, & ipſe Author *valdè dubiè vo-*
cedit. 5. Nec etiam omnes *de motu terræ ſententias pro-*
bamus, Vt Baranzani *de motu librationis*, t. 3. *Sic enim non*
terra firmiter fundata eſſet, ſed ſubindè de baſi & fundamento
ſuo nutaret & declinaret, quod Scriptura negat, t. 18. 19. *Et*
varias abſurditates ac incertitudinem in obſervationes Aſtro-
nomicas hoc induceret, Nec peculiaris puncti alicujus mota-
tio, *ut urbis, terræ motus, montis everſio, punctula enim ſta-*
ad totam terram ſunt, totum corpus â baſib. ſuis, axe, polis re-
movere poteſt, ut vacillare inde incipiat, nec ita ſtabilis & in
perpetuum durans terra eſſet, Vt in ſacris tamen dicitur, V. t.
18. Aut aliorum, *quos cit. loco adducit, qui ſingulis momentis*
ex compreſſione pedum aut animalium terram librari cenſent, quod
abſurdiſſimè dicitur. Sed an ab ullo, aut à quo dictum ſit, mihi
hactenùs non liquet. Quanquam à Ruvio l. 3. d. Cœl. C. 1. q.
4. *& à* Mendozâ d. 3. d. Cœlo, ſ. 5. t. 43. Et Arriaga d.
4. d. gener. n. *125. 126. adduci videam. Apud quos, qui cu-*
pit, tàm ſtolidæ opinionis firmamenta viderit. Ita Rabini
quidam delirant, terram, quæcunq; à Caino pedibus calcata fit,
fluctuaſſe & contremuiſſe, unde ipſe profugus fuiſſe dicitur,
ap. C. à Lapide in C. 4. Gen. v. *16.*

8. *His* ergò ut minùs idoneis probandi mediis *ſo-*
tis propria argumenta ad rem probandam adducemus. Primum
ab etymologiâ nominis Hebræi in terrâ ſumimus. *Nomi-*
na rerum Hebraica ex intimis rerum naturis ſunt deprompta,
eaſq; denotant. Patet ex primâ nominum Hebræorum impoſi-
tione animalibus ab Adamo facta, Gen. 2. v. 19. 20. Vnde

ſapien-

pientia ejus elucet, quòd convenienter rerum naturis nomina,
lderit, eoq; intimas earum rationes optimè perspexerit. Sic
Ari ab arab, carpsit, discerpsit, quòd omnia discerpat, Vxo-
m suam Chaua vivam, vivificam, quòd mater viventium,
tura, Gen. 3. v. 20. Chædal mundus, à chadal, Cessavit,
sit, quia continuo temporum fluxu tandem desinet, Apis diphra
ies, ordo, consvetudo, quia mirâ arte & serie favos suos con-
uit. Et ex nominibus animantium plerisq; id patet. Et latè
Eusebio L. II. C. 3. 4. præparat. Evang. deducitur. V. &
atonem in Cratylo. Æsch: Majorem in scrut. inge-
or. C. II. E. & nomen Hebræum terræ, Æretz, naturam,
us notabit. Sed hoc est à Rutz, cucurrit, discurrit. E. ali-
am ad motum aptitudinem in eâ esse oportebit. Consequen-
r motus non ita absurdè ei adscribetur. Excipitur I. Ar-
gumentum ab etymologiâ tantùm Topicum & probabile esse,
n necessarium, unde nulla firma demonstratio. R. Et in re-
us difficilibus ac obscuris satis est, argumenta probabilia ha-
re, non omnia rigidis demonstrationibus ostendi possunt aut de-
nt. Et est argum. tale probabile, Cum ex etymologiis
umanis ac vocib. mero humano arbitrio ad placitum impositis
citur, Vbi sæpè nomina à naturis rerum abludunt. Vt bel-
m, cum minimè bellum, lucus, cum parum luceat. Sic Vr-
mus rusticanum aliquem, Bonifacius malefacium, Benedictus
aledictum, Veronius mendacem, Pius impium, Iohannes odio-
m & minimè gratiosum hominem notet. Sed hic de etymo-
logiis Hebræis arguitur, ubi ab Adamo DEI scientiam & si-
militudinem adhuc gerente nominum Hebræorum impositio facta,
uæ ex divinâ quadam sapientiâ, quâ ante lapsum ille polluit,
rofecta est. Vnde validius, quàm probabile, argumentum
educi potest. Sic cum DEUS nomina mutat aut im-
ponit,

ponit, *necessariò res notata inde infertur, ut in Abraham, Sarâ, Iacobo, Immanuele, &c.*

9. 2. Non *derivari Aeretz à Ruz, sed esse nomen in se primitivum, quod aliunde derivationem non habeat.* R. Hoc *gratis dicitur. Cum in aliis nominibus Hebræis varias derivationes admittamus, Cur in hoc vocabulo præcisè eam negamus, quia hypothesi scilicet contrariari videmus? Et ubi derivatio vocis commoda haberi potest, non debet vox pro primitivâ & suæ tantùm originis haberi.* 3. Dici à Rutz, *non quòd ipsa terra currat, sed quòd in eâ ab hominibus & brutis variè curratur. Sic terra, quòd ipsa pedibus ambulantium teratur, & hippodromus curriculum, quòd in eo equi decurrant, non quòd ipse.* R. Hoc perinde est, *ac si globum à cursu denominarent, quòd in eo muscæ & vermiculi decurrant, non quòd ipse volvatur aut volvi possit. Sic rectiùs animalculis ille nomen indatur, quàm globo. Et sic etiam in nostro casu rectiùs homines & jumenta æretz in Hebræo dicta essent, quia ipsi currerent, quàm terra. Et remota hæc est etymologia curriculi, quod equi in eo currant. Sed Hebræa nomina proximis etymologiis ipsis rerum naturis accedunt, t. 8. Non quòd alia in illis aut circa illa talia, sed quòd ipsa. Credibile, & in voce Æretz idem obtinere.* Deindè *non primò & directè motus ipse hinc concluditur, sed aptitudo ad eum in terrâ.* Aptitudines autem *ex Etymologiis Hebræis vocum aptissimè concluduntur, ut in* Leone, *urso, Cato, homine, & similibus apparet. Vox terræ &* Hippodromi *Græcæ ac Latinæ originis est, eoq; motum alterius in sese notat. Nostrum autem argumentum ab Hebræâ originatione est, ubi voces rebus suis respondent non Græcâ aut Latinâ, ubi sequius esse potest. Eoq; deductio Eretz ab Rutz plus inferre hic potest.* Alii *etiam* stellæ *deri-*

vatione

ationem addunt, quam à stando, & sideris, quam à sidendo & subsidendo deducunt, cujus Mart. Capella L. 8. d. artib. meminit, & quam quibusdam Romanorum adscribit. Sed hoc modo stellas omnis motus expertes esse oportebit, quod in nostrâ hypothesi non, t. 4. Alii & firmamenti appellationem cœlo datam adducunt, quasi quiescere cogatur, ut Campanel. C. 4. a. 1. Sed hoc magis de firmitate & ordine situs, loci, figuræ, & constantiæ accipiendum, quàm quiete. Firmiter & inconcussè in situ suo ac ordine Vniversi locatum est cœlum, etsi cum astris suis convenienti ordine perpetuò volvatur.

10. II. Arg. à communi elementorum proprietate deducitur. Omnibus elementis *motus aliquis assignatur, aëri, igni, aquæ. E. soli terræ negari non debet. Nam neque hæc Elementum est, ac illa, imò ex eorum mente, qui ignem negant, magis. Non autem motus sursùm aut deorsum, aut lateralis terræ assignari potest. E. circularis. Imò* generaliùs *quidam arguunt:* Proprietas Corporis naturalis Corpori neganda non est. *Sed motus est proprietas Corp. nat.* V. Aristotel. 3. Phys. C. 1. seq. Et L. 8. C. 1. seq. Et 2. d. Cœl. C. 13. t. 86. *necesse esse, aliquam corporis lationem* nit, *ac* 1. d. Cœl. C. 2. t. 5. *omnia corpora naturalia ac magnitudines secundùm se mobiles secundùm locum dicit, naturam enim motus principium ipsis esse. Vndè natura essentiale motus & quietis principium definitur.* V. d. 6 Curs. Phil. t. 3. *Non ergò terræ denegandus. Sed non generatio, corruptio, accretio, diminutio & alteratio, aut rectilineus motus in eâ locum habent. E. Circularis, alius enim motus localis in eâ non habilis.* Dices: Non solùm *motus, sed & quies affectio Corporis est, & cui non motus, ei quies competere potest, ut terræ.* R. Quies privatio, *& sic imperfectio quædam est. Sed*

perfectio

perfecto corpori, quale terra, ut elementum, perfecta potiùs perfectio tribuenda, qualis motio, respectu quietis, ut positio privationis, quàm imperfecta, qualis quies. Et omnis res naturalis principium aliquod motus in se habet, undè omnia in motu & actu esse, quàm torpore, malunt, ut inductio ostendit. Sic cœlum cum astris perpetuò volvitur, Elementa motus suos à medio ad medium habent, Vegetabilia, sensitiva, mineralia, metallica, perpetuis actibus vivendi, propagandi, operandi, occupata sunt. Cur sola terra ad perpetuum torporem damnetur? Tota Natura in actu est, inq; eo perfectionem suam obtinet. Ipsi Naturæ repugnat otium, quia in naturâ nihil est otiosum, ait Gerhardus aphor. Theol. tit. Otium. Cur præcipuum in eâ Corpus, magnam animantium matrem ac nutricem, tellurem, in æterno otio constituamus?

11. III. A terræ figurâ sumi potest. Figura rotunda ad motum aptissima est. Arist. 2. d. Cœl. C. 8. t. 51. Sed terræ figura est rotunda & sphærica, ac polos suos non tàm imaginarios, quàm reales habet, quib. exactè libretur, certa terræ loca proprietate suâ polum arcticum & antarcticum ostendentia. E. ad motum aptissima. Consequenter non omnino illi hic denegari poterit. Nec dici potest, partes terrenas pari nisu versùs centrum tendentes & terram comprimentes globum facere, Cum hoc fortuita Causa sit, & terra à principio globosa condita sit, non è particulis hinc inde ex duo versus centrum convocatis, sed è nihilo simùl tota & globosa producta sit, quæ si motus planè expers esse debuit, cubica, angularis, aut quadrangula figura, firmitati, quieti, immobilitati aptior, ei magis competiisset. Nec solam pulcritudinem figuræ attentam fuisse dici potest, Nam præter eam in reliquis mundi partibus & alii fines attenti sunt. Cur in solâ terra

ræ figurâ illi neglecti essent? IV. Ab intimâ magneticâ
rræ naturâ ac compaginatione sumi potest. Corpus magneti-
m ad motum Circularem aptissimum est. Patet in terellâ seu
gnete globoso debito modo instar globi alicujus suis polis suspen-
qui suaptenaturâ 24. horis integrè circumvolvitur, Vt t.12.
tebit. Et habet magnes polos, æquinoctialem, meridianum,
nilesq; mobilis sphæræ circulos, ut artifices ostendunt. Tale
tem Corpus ad motum aptum. Sed terra in intimâ naturâ
â est Corpus magneticum, quod fibræ magneticæ, per totum
lluris Corpus diffusæ docent, Major enim terreni Orbis portio,
antum lustratus ille, fibris magneticis passim intertexta est,
gnes omnibus ferè provinciis communis est, Germaniæ, Gal-
æ, Angliæ, Italiæ, Hispaniæ, Sardiniæ, Iluæ, Afri-
e, Daniæ, Sveciæ, ac intima terræ claustra magnetibus
rmè referta, Vndè in plerisq; provinciis reperitur, & quò pro-
ùs ad polos terra accedit, eò magis magnetica & ferè totus
agnes redditur, Vt in disqu. magneticâ dictum, pleniusq; à
ilberto, Cabeo, Kirchero, de magnete, deductum
t. Vnde non absurdè magnus magnes vocari meretur. Sic
ur motus decidentium in principio tardior, in fine concitatior,
x magneticâ terræ virtute desumi potest. E. ad motum circu-
rem aptissima.

12. V. Ab analogiâ terellæ seu globi magnetici su-
endum erit. Vt magnes ad globositatem conformatus se habet,
a probabiliter & magnum Corpus magneticum, terra. Ana-
ogia enim utriq; egregia intercedit. Si enim fractus magnes
er artem id potest: Cur non potiùs terra intimâ naturâ suâ
agnetica & interno etiam ac occulto igne instructa, ut Mathe-
atici demonstrant, ad motum habilior esse possit? Conf. t.11.
7. Quanquam totus ejus motus ab igne aut exhalationibus

non sit, sed naturâ terræ inditus, t. 7. Sed magnes *ita se ha-*
bet, ut polis suis instar globi Astronomici aut Geographici debitè
suspensus suapte naturâ 24. *horis integrè & perfectè circumvol-*
vatur, ut Pet. Peregrinus *Maricutensis Gallus, ante annos*
300. *& ultrà, magneticarum operationum scrutator eximius, in*
Tract. de magnete *& rotâ perpetui motus, quem* Achilles
Gasserus *Augustæ Vindelicorum an.* 1558. *primus edidit, c.*
10. *testatur, Et fidem Scriptori reliquorum experimentorum*
ab ipso adductorum examina attestantia conciliabunt. Quan-
quam quibusdam dubium id videatur, & Gilbertus *neget ap.*
Campanel. L. 1. d. sensu, C. 8. *Sed qui* magis de perpe-
tuo motu, quàm aliquo, *dubitant. Nobis autem hic ad*
adumbrandum aliquis motus sufficit. Et de perpetuo motu si-
dem alia exempla, ut globus Drebbelii *semper mobilis, & vix*
1000. *annis vix semel declinet, de quo in Epist ad Iacobum R.*
scribit, in Cosmol. th. 2. t. 10. *Vide, quæ de eo* Sperlin-
gius L. 3. Phys. C. 3. *citat: Sphæra* Archimedis & Kirche-
ri L. 2. d. magn. p. 308. 408. *Item* Rob. Flud. libris de
aëre, *similiaq; concilient.* E. *probabiliter & magnus magnes*
terra, id præstabit. Dices 1. Hæc *analogia verâ conjectu-*
râ nititur. Et non sequitur, si in magnete id est, statim id
in terrâ fore. Ita Campanel. c. l. R. A magnete ad
magneticum Corpus in analogiâ magneticâ justa est consequentia,
non mera conjectura. Sic magnes polos respicit, terra etiam
polos mundi. Magnes ad magnetem naturaliter inclinat, terræ
portio ad terram. Magnes ferro amicus: Terræ fibræ magne-
ticæ similiter, unde in ferri fodinis plerumq; magnetes inve-
niuntur, & sic consequenter. Hic autem in collatione magne-
ticâ adhuc sistitur, non ad extraneum aut alienum declinatio.
2. Ex hac analogiâ *potius contrarium sequitur. Habet enim*

enim *sistendi magnes, & circa polos, Septentrionalem ac Australem non movetur, ut* P. Grandamicus in dem. immobil. terræ *virtute magneticâ ostendit.* R. Ipsi poli & axis *non moventur: Sed reliquum magnetis Corpus in & super illis, ut exempla* ap. Kircherum c. l. *docent. Nec in diversis magnetis partibus hæc contraria sunt. Et hoc per analogiam in terrâ accidere dicimus.*

13. VI. Ab absurdis oppositam sententiam consequentibus duci potest. *Si solum cœlum cum astris terrâ immobili præstante movetur, sequitur,* 1. Stellas circa æquatorem *singulis horæ scrupulis secundis seu binis oculi nictibus, vel* ut *alii, unico pulsu arteriæ,* V. Lineman. prog. an. 41. C. 1. q. 4. *secundùm* Tychonis *diastemata mundi 876. milliaria Germ. decurrere, secundùm* Alphonsum *& Alphonsinas hypotheses sphæram decimam, Cujus semidiameter semidiametros terræ 45225. exæquat, & puncta ejus sub æquatore singulis sec. minutis 2829. Et singulis arteriæ pulsibus 2546. milli. Germ. ferri, quod contra omnem naturam & supra cogitationem est, tantumq; non dissipari Corpora tàm rapidissimo, & ipsa cogitata hominis antevertente motus necesse erit, & motus localis in instanti fieri poterit, quod in Scholâ Aristotelicâ absurdum habetur. Oculi enim nictus verè pro instanti est. At eo stellam circa æquatorem 438. Iovem 374. Saturnum 652. milliar. Germ. ferri oportebit. Quod reverâ incredibile est.* At si *terra è contrario ad cœlum ab occasu in ortum se rotat, motuiq; cœli ex parte occurrat, jam multum de præcipiti istâ astrorum rapiditate remitti poterit, faciliorq; & probabilior utriq; parti motus conciliari. Nam horæ spatio tantùm 225. mill. minuto primo 3. ¾. mill. Pulsu arteriæ 16. partem unius milliaris, vel 250. passus secundùm Copernicum terra procedit. Hoc longè probabilius,*

 ac prius.

ac prius. 2. Unum ſimplex Corpus, ut ſtellam in Cœlo, u eodemq; momento, contrariis motibus ferri, uno communi ab or in occaſum, & proprio ab occaſu in ortum. At hoc etiam a ſurdum & inconveniens rationi eſt, & ipſius Ariſtotelis hyp- theſibus adverſum, qui Corporis ſimplicis unum tantùm motu eſſe ait L. 1. d. Cœl. t. 57. L 2. t. 8. 9. 18. 23. 102. Ter autem motu admiſſo communis è terrâ arceſſetur, proprius ſte in Zodiaco adſcribitur, & ſic harmonia motus ſyſtematis mun- ni per συναρθρωισμὸν & coartuationem magneticam tàm in ſtel quàm terrâ, expeditur, contrariiq; motus diverſis ſubjectis, n uni, attribuuntur. Quæ hic de navi ad ortum, & nat ad occaſum in eâ procedente, aut globo voluto & muſcâ in cont- rium repente, aut ſimilibus, V. t. 4. adferuntur, omnia a- na ſunt, nec Corpora ſimplicia ſunt, ſed compoſita, & quædan artificialia: nec unum, ſed duo Corpora diverſiſſima hic ſunt.

14. Dices: Ex rapiditate ſtellarum argumentum pro DEI omnipotentiâ deſumendum eſt, præeunte Siracide 43. v. 5. Et ſtellas Corpora ſubtilia, tenuiſſima, incorrupti- lia, eoq; ad rapidiſſimum motum aptiſſima eſſe cogitandum. C terra Craſſum, grave, tenebricoſum, & torpidum Corpus, d motum naturâ ineptior ſit, non diſſipationis metus ex celeri ſ- larum provolatu expectandus. R. Ex rapiditate ſtellarum ſed rationali & probabili, non omnia cogitata humana tr- ſcendente, & Phyſico Corpori velut repugnante, Omnipotent DEI arguenda, Eaq; Soli ac ſtellis in motu proprio hic relinq- tur, & is ſatis etiam celer eſt, ſi grandia ſtellarum ſupra t- ram ſpatia conſideremus, in quibus decurrunt, Cum Sol 12 ſemidiametros terræ à terrâ remotus ſit. Una autem ſemi- am. terræ reſpondet 859. circiter milliaribus German. Unde è ſemidiametrorum proportione Geometricâ Sol à terrâ 10376 mil-

ll: *Germ. distabit*, Conf. Galileum p. 351. Syst. Cosmic. *omnipotentia DEI sufficienter inde eluceat & celebrari de- at. Sed ipsâ cogitatione humanâ in Corpore quanto & mate- nto celeriorem esse non necesse est, nec ratio aut natura Corpo- compacti, qualia stellæ, admittit. Ac communi motui ali- od & è terræ motu cum astris adiumentum parari inde non pro- betur.* Ex utroq; *omnipotentiæ argumentum sumendum, quod Soli ac astris, & quod telluri motum conciliârit DEUS, q; utriusq; agitatione & occursu harmoniam mundani Systematis nportari faciat.* Deinde *si stella ita tenuissima Corpora, omodo visum nostrum terminant, ut conspiciantur? Tenuissi- enim non conspiciuntur, ut aër nos circumstans, Ignis ele- ntaris sub Lunâ degens, si ibi aliquis, Vapores & exhalatio- tenuissimæ in aëre hærentes. Sic subtilissima extracta ymica in vitris velut nihil & vacuum ob tenuitatem suam parent. Sed stellæ videntur, instrumentis observantur, ra- s ad ea incidunt, lumen & velut colorem diversissimum ad demittunt, aliter enim Sirius, aliter arcturus, lyra, ca- la, nobis lucent, maculis & nebulis interdum infestantur, ò Solis Corpus ex materiâ totius mundi densissimâ constare, & aquâ summè condensatâ ac depuratâ prodiisse ex Mose in Ge- si* Keplerus in paral. ad Vitellon. C. 6. *ostendit, ac* Voe- us in Thersite p. 258. *adducit. Lux compactior & con- batior stellæ sunt, densiores sui Orbis partes, ut vulgò dicunt, n ita tenues, ut communiter sentitur, quibus proindè tàm pidus motus parum conveniens, ni dissipari debeant.*

15. Quædam stellæ *nullum lumen proprium habent, Vt na, Venus, Satu. Iup. Mars, sed omne à Sole mutuantur, de augescunt & decrescunt, ut Luna, ut tubus Opticus, ac servationes* Galilæi, Kepleri, Scheineri, *& aliorum de- monstrant.*

monstrant. Vnde his tanta motus rapiditas conciliabitur? E
quomodo non dissipatio mutuatæ ab alio materiæ pertimescen
Incorruptibilia Corpora non esse, sed varias mutationes in
ne habere, incorruptis Astronomorum observationibus hodiè c
pertum, & Aristotelis *de incorruptione Cœli sententia*
ritò suspecta est, Vnde à recentioribus etiam deseritur. Wo
in. L. d. mundo, C. 2. Bartholino Astrol. n. 284. aliiq
Et licet essent, quid hæc ad motus celeritatem faceret, non vi
deo? Cadavera Ægyptiorum interdum incorruptibilia, u
2000. 3000. annos durârint. Non ob id motui apta. V. Ca
merar. C. 1. hor. subc. C. 14. Cent. 2. C. 71. *Aes mag*
naturæ perseverantiam habet, ut non facilè corrumpatur.
dè monumentum ære perennius pro immortali dicitur. N
motui habile. Vrbes quandoq; per ingens tempus secundùm
totæ incorruptibiles. Nec motui ob id idoneæ. Terra ips
turaliter incorruptibilis, Eccl. 1. v. 4. *Hic enim prop*
dicti sensus, t. 18. *Quam tamen motui aptam negant: Su*
tas etiam stellarum tanta, quanta aëris & ignis, non est, c
Corpora opaca, visum terminantia, specie diversi coloris
antia, non semper æquè lucida, in lumine diversìm variabi
& mutationibus subjecta sint, ut observationes Astronomor
de Sole & omnibus Planetis docent. Itaq; ad tantam motu
leritatem apta esse non possunt. De terræ tenebricosit
ex Mathematicis demonstrationibus etiam incerta res esset,
Lunæ astro nobis eam inspicere liceret, & Opticis fundamentis
cederetur. Esto casus, ut homo in Lunæ globo â DEO *si*
tur; gramina, turres, ædificia, urbes, & pagos in terrâ
conspiceret, sed terra ipsa lucidior illi foret, quàm jam L
nobis ê terrâ eam adspicientibus apparet. Imò *terra ut â Lu-*
nâ sibi proxima illuminatur, sic vicissim reflexione suâ Lunæ

t

s tenebrosam illuminare potest, æquè ac luna noctis nostræ terras illuminat, ut docet Galilæus d. Syst. Cosm. p. 83. seq. n ergò ita opaca ac tenebrosa, ut non motui apta. Et magnes ebricosus lapis, & tamen conversionibus aptissimus, ac in menicis multarum eximius director, t. 12. Adamas & carbunus splendidissimi ad motum nihil faciunt. Non subtilitas, luitas, opacitas, aut crassities, sed mobilitas à DEO indita um Corporibus conciliat, & inprimis magnetica Corpora ad n habilia, quale & terra, t. 12.

16. VII. Argumentum à compendiositate Naturæ nendum. *Natura omnia ordinatè agit, non confusè, per pendia, non dispendia, & quod per pauciora ac faciliora ef- potest, non efficit per plura, & tricosiora, aut ambages, ni- frustrà, sed omnia certo fine agit. Ingeniosa enim & indua parens est, & ut in necessariis non deficit, sic nec in supers abundat.* At compendiosiùs motus *ortus & occasus larum per motum terræ perfici potest, quàm per motum solan stellarum & firmamenti. Spatium enim, quod percurrenn, longè minus in terrâ, ac solo Cœlo est, ubi longè majus, milliaria decurrenda longè pauciora in terrâ, ac Cœlo aut astris, t. 13. visum. Potius ergò in terrâ motus aliquis, quàm solo lo agnoscendus.* Similiter *Natura docet, quod maximè â cen- distat, tardius, quod propius illi, celeriùs periodum cursus absolvere debet. Sic stellæ fixæ totum circulum vix in 26000. is absolvunt. Saturnus quia longè proprior,* 30. *Iupiter, a adhuc propior,* 12. *Sol cum Venere & Mercur.* 1. *anno, na quia propinquissima, & sic minimum cursus circulum ha-, menstruo spatio periodos absolvunt. Sed* Ptolemaici, Tyonici, Alphonsini, *& qui Soli Cœlo motum adscribunt, hoc ertunt, & quod longius distat, celerius, ut stellas fixas, quod*

propius,

propius, tardiùs decurrere docent. Contra naturam & ejus or-dinarium processum. Et sic naturam invertunt, quam artifex sequi debet, non evertere. Sic Astronomi *Planetas prop[rio] motu ab occasu in ortum duci demonstrant. Hoc sequuntur* Copernicæi, *& terram similiter vertunt. Sed iterùm evertunt* Tychonici & Ptolemaici, *& primi mobilis motum non ab oc-casu in ortum, sed ortu in occasum deflectunt.*

17. VIII. Argum. ab motu quinq; Planetarum i[n]-mendum. *Observationes Astronomicæ immotè ostendunt, 5. Pla-netas, ♄ ♃. ♂ ♀ & ☿. centrum suum, circa quod feruntur, So-lem, non terram, agnoscere, & motum proprium secundùm dist[an]-tiam à Sole expedire. Si Sol ita celeriter mobilis esset, ut Ty-*chonici *volunt, omnes illi Planetæ in circulo eccentrico aut epi-cyclo per omnes suas prostaphæreses duci ac decurrere necesse ha-berent, aut velut ingens pila prælongo conto vel perticæ alliga[ta] per eam velut fundam aliqui circumiici deberent.* At prius ab-*surdum, & fundamentis ac hypothesibus Astronomicis contrarium est, Solem enim quotidie 5. hos Planetarum Cœlos secum rapere, & quotannis 65. vicibus circumvolvere oporteret, quod secius in Astronomicis observatur.* Posterius *non minùs absurdum, nam reales orbes, quibus stellæ ut clavi illigatæ, & ad quorum motum circumducantur, introducit, qui Astronom. observationibus dudum protriti sunt.* V. Tychonem L. 1. progym. Et t. *1.* Ep. Astron. Vossium L. 2. d. orig. idolol. C. 39. Galilæum, & alios. Et *sive Planetarum Circuli concentrici cum epicyclis, sive in con-trepicyclis sint, ut* Longomontani *hypothesis vult, epicycli quiescente concentrico 24. horis moti Planetam per omnes prostaphæreses ducere necesse habebunt, Quod Astronom: observationibus contra-rium est.*

❧(o)❧

Thesis XVII.

Vel apogei linea, & cum eâ Planetarum istorum to-
um cœlum, *quantum etiam est, velut ingens pila ex cir-
umvolutâ perticâ tanquam fundâ aliquâ circumfundi cogetur.
uod etiam ridiculum. E. potiùs terræ motus aliquis tribuen-
us.* Eædem observationes docent, *Lunam virtute magne-
icâ telluris, ut centri sui, circa quod decurrit, moveri. Nam
rræ proxima* celeriùs *in Zodiaco decurrit, quàm remota,
elut & reliqui Planetæ erga Solem ita moventur. Vnde ut
li à Sole, sic hæc à terrâ vim aliquam motricem accipit. E.
agis probabile est, terram moveri.* Nam ob quod aliquid
ale, id magis probabiliter est tale in prædicatis utriq;
ompetentibus, *ut* Logici *docent. Sic à lumine terræ,
uod à Sole accepit, & Luna aliquid luminis haurit, t. 15. E.
& terra magis probabiliter aliquid lucis habet.* IX. Argum.
b æstu ac refluxu maris in quibusdam locis à nonnul-
is *sumitur. Si terra in polis suis nullo modo movetur, non
oterit ordinatus ille fluxus ac refluxus maris in diversis locis
ocum habere. Nam hic* à terræ motione inprimis incita-
ur, *etsi Lunæ magneticæ vires etiam concurrant, ut aqua in
ymbâ semiplenâ navi motæ alligatâ cursumq; ejus sequente hinc
ndè jactatur, ignisq; internus terræ per motum incitatus aquas
n interioribus ductibus suis contentas fervere, bullire, & ve-
ut coqui facit, spiritusq; motores illi imprimit, ut adfluere &
uperfluere, ascendere ac effundi incipiant, post motu ad diver-
um lato igneq; subsidente & ipsa subsidere ac refundi incipiant,
magisq; & sæpius, & minus ac rariùs efferueant, prout spiritus
incitatores radiis solaribus aut Lunæ juti impetuosiores aut remis-
siores fuerint, prout illud* à Copernico, Keplero l. 1. Epit.
Galilæo p. 4. System. Cosm p 417. seq Dn Continua-

tore d. an. 48. C. 3. aliisq; *deducitur: Quanquam Gali-*
læus ab *utroq; terræ motu, diurno & annuo, inæqualem*
motionem aquæ in sinubus quibusdam terræ deducit, p. 49.
Etsi variorum particularium accidentium in isto motu & ab
causas assignari posse concedat, p. 421. seq. *At is motus maris*
constanter obtinet, ut experientia tot annorum demonstrat. Ita
terram moveri non improbabile. Quia tamen hoc argu-
mentum quibusdam, *qui terram moveri sentiunt, non magno-*
perè placet, & motum terræ Systematicum ac totum unà cum
aquâ esse, non ergò particularis hujus æstus marini causam
esse posse ajunt, ut Dn. Lineman. progn. an. 45. q. 3. *I-*
temq; non plenam, sed partialem ejus tantùm causam dicunt,
ut Continuat. c. l. *Inter probabilia & suadentia, non neces-*
saria & demonstrantia referri posse permittimus. X. Et ulti-
mum argumentum *ab authoritatibus Philosophorum sumi po-*
test. Vt Aristotelis, *qui omnibus Corporibus naturalibus mo-*
tum attribuit, t. 10. Et 2. d. Cœlo, C. 13. t. 86. *secundum*
naturam necessariam aliquam terræ lationem esse dicit. Idem
in Astronomicis fidem haberi vult Mathematicis, *Sic*
Ægyptiis & Babyloniis multam fidem de unoquoq; astrorum se
habere dicit, 2. d. Cœl. C. 12. t. 60. *Et in Ægypto Ma-*
thematicas artes primùm constitutas ait, quòd sacerdotibus otiis
vacare permissum esset, L. 1. Meta. C. 1. Ac *se de cœlestibus*
non scire quidquam fatetur, & fortioribus curam in hâc scien-
tiâ investigandi committit, ac quæ tradit, à Calippo & Eu-
doxo *se accepisse ait*, 12. Meta. C. 8. *At Astronomica & Ma-*
thematica in Scholis Platonicis & Pythagoricis *longè dili-*
gentiùs tractata, quàm Aristotelicis: Platonis, Pythago-
ræ, omniumq; Pythagoricorum, t. 3. *Et* plerorumq;
Mathematicorum hodiernorum *præstantissimorum, qui*

hanc *hypothesin de quotidiano terræ motu assumunt*, *ut* c.l. *adductum. Quâ etiam phænomena & motus cœlestes longè facilius, expeditius, & ordinatius discutiuntur, variarumque apparentiarum causæ solertius redduntur, quàm solo stellarum aut cœli motu assumpto.*

PARS POSTERIOR, & destructoria ac refutatoria.

THESIS XVIII.

SIc propriam sententiam adstruximus. Videnda jam argumenta contraria, *quibus motio terræ impugnatur.* *Hæc* partim *ex Scripturâ*, partim *rationibus*, partim *experientiis & sensibus*, partim *authoritatibus hominum desumuntur.* Ex Scripturis I. Ex Psal. 104. v. 5. Psal. 119. v. 90. 1. Chron. 16. v. 30. *sumitur. Fundavit DEUS terram super stabilitatem ejus, ne moveatur in seculum seculi. E. motus terræ nullus.* R. In Hebræo *non est, ne moveatur, sed ne nutet, ut* Pagninus & Ariæmontanus *rectè vertunt, hoc est, vacillet, declinet, concutiatur, & e loco ac spatio sedeque excutiatur; hoc enim Hebræum thimmoth, propriè notat, ut* Psal. 16. v. 8. Psal. 17. v. 5. Psal 55. v. 4. Psal. 82. v. 5. Psal. 94. v. 18. Prov. 24. v. 11. Esai. 24. v. 26. *patet. Terra autem, etsi quotidiè volvatur, super polis tamen suis & axe, quoad situm & ordinem suum, quem firmum & inconcussum, ac perenniter similem servat, ita immotè ac firmiter fundata est, ut in seculum inde nutare & de-*

clinare non poſſit. Die Erde ruhet im *Centro* unbeweglich/ darauß ſie nicht fallen kan/ *Rectè* Joh. Arndt L. 4. d. Chri- ſtian. C. 3. *Hoc autem tàm in motu terræ ordinato, velut* *globo polis ſuis firmiter fixo,* t. 19. *volutato, quàm quiete ejus* *fieri poteſt.* Auguſtinus in Pſal. 104. *per terram Eccle-* ſia n *intelligit. Sic locus nihil ad noſtrum propoſitum facere,* *& de terrâ allegoricâ, non propriâ, intelligendus eſſet.* Bar- tholinus Tr. de terrâ, aëre & ig. Pſal. 97. v. 4. *obiici-* *Sed ibi alia radix in Hebræo eſt, ac hìc* Pſal. 104. *nempe Chi-* *cum hìc muth, ſit.* Pſal. 119. *fundatam terram dicitur, &* *ſtabit. Quòd veriſſimum eſt, ſed de conſtantiâ & firmitate* *terræ intelligitur, quòd de loco, ordine, ſitu, & ſede ſuâ non* *declinabit & excidet, ſed perſiſtet,* polis enim & axe ſuo inco- *cuſſa permanet:* Non immobilitate, *quòd in polis & axe ſuo non* *volutetur.* 1. Chron. 16. *aut ut alii citant,* 17. v. 13. *ſimi-* *ter verbum nutare eſt.* V. t. 19. II. Terra in æternum ſtat, Eccleſ. 1. v. 4. *Non ergò movetur.* R. Stat, *quia non* *interit, ut individua, non generatur & corrumpitur, non ori-* *tur & occidit, ut familiæ hominum, de eo enim ibi ſermo eſt,* *non perit & alia ſuccedit, ut in individuis humanis ac bruta-* *bus fit, ſed perpetuò una eademq; manet, non autem, quòd pr-* *cisè immobilis ſit. Sic & aqua una eademq; manet, & move-* *tamen eam variè ſenſus demonſtrat. Non de immobilitate terr-* *ſed duratione, permanentiâ, & perpetuitate agit Eccleſiaſtes.* *Perpetuò autem durare poteſt, ſivè circa polos ſuos moveatur,* *ſivè quieſcat. Non eſt per ſe de quiete ſermo, quæ motui lo-* *cali opponitur, ſed de quâdam quaſi incorruptione, quâ ſecun-* *dùm ſe tota non corrumpitur, ſed velut commune diverſorium* *abeuntes redeunteſq; res generabiles & corruptibiles excipit,* a- Lorinus in h. l. *De ſtatu contra mortem dicitur. Alia mo-*

untu

tur, alia generantur, ait Salomon. Terra autem ſtat, non neratur, nec moritur aut interit unquam totali interitu, ait ampanel. C. 4. Apol. Eximitur ab interitu, non autem â tu locali. Idem. Terram in æt. ſtare Salomon dicit, nem rei in eadem complexione verborum commemoratæ ratione bitâ, dum videlicet nationi ſeu generationi hominum intere ti non alia ſuccedit, ſed una eademq́ perſiſtit. Non cum ſtronomis diſceptat Eccleſiaſtes, & docere vult, Utrùm rra ſtet, an moveatur? Sed homines ſuæ mutabilitatis admo t, cum terra humani generis domicilium ſemper eadem per neat. Nullum dogma Phyſicum ex profeſſo inculcatur, l nuthesia moralis de inconſtantiâ rerum humanarum inſi atur.

19. III. Terra dicitur fundata eſſe, Pſal. 104. 119. Chron. 17. Prov. 8. v. 29. Hoc eſt, inſtar firmi ædificii ſita & immotè ſtatuta. At quod tale eſt, immobile eſſe ortet. R. Eſt fundata in certâ ſede, ſitu, & loco, fir iter poſita ac ſtatuta, ſuper axe & polis ſuis immotè fixa, ut dè nec ad dextrum aut ſiniſtrum, ſuperum aut inferum, an rſum aut retrorſum, declinare aut vacillare poſſit. Sed in â fixâ ac fundatâ ſede, axe, & polis ſuis, moveri vel qui ere poteſt, ad fundatum eſſe hoc utrumq́ indifferens eſt. Sic obus artificialis fundatus dici poteſt, hoc eſt, polis ſuis & e certò firmiterq́ fixus ac ſuſpenſus, ut indè non declinet aut cidat. Rotari tamen & volvi ſuper illis poteſt, non neceſſe bet quieſcere, & hoc ejus fundationi nihil adimit. Nec icquid fundatur, immobile ſtatim eſſe cogitur, ſed firmum ntùm & inconcuſſum, non vacillans, nutans, excidens, ut ſede ſuâ non facile mutetur aut deturbetur. Sic conſilia, cademiæ, teſtamenta, fundata, quòd mutari ac convelli non

debeant, non quòd præcisè immobilia sint. *Sic &* Cœli
dati, *hoc est, certâ firmaq; sede locati, unde non vacillant*
de fundamentorum cœli in sacris est mentio, 2. Sam. 22.
Job. 26. v. 11. *Luna & stellæ fundatæ,* Psal. 8. v. 4.
thera firmavit sursùm, Prov. 8. v. 28. *Unde Cœlum fi*
mentum vocatur, t. 9. *Quæ tamen omnia adversa pars*
cumrotari sentit. Sic fundavit Ahasverus potum non c
tem, Esth. 1. v. 8. *Hoc est, inviolabiliter constituit.*

20. IV. Scriptura Solem moveri dicit, *non*
ram, oriri & occidere, de thalamo suo currere, ut sponsu
exultare, ut gigantem ad currendam viam, à summo Cœlo e
sionem ejus, & occursum usq; ad summum ejus esse, Psa
v. 5. 6. 7. Psal. 104. v. 19. 22. Psal. 74. v. 16. Eccl
v. 5. Sap. 16. v. 28. Jerem. 31. v. 35. *Et argument*
omnipotentiæ à velocissimo ejus cursu ducitur, Sirac. 43.
14. *Non ergò terræ id tribuendum.* R. Scriptura ho
rè dicit, *nam & aliquis stellis motus proprius relinquitur,*
& terræ suus concedatur, de quo, ut proposito suo nihil c
cente, Scriptura silet. Partem veri dicit: alteram
tem, *quia res istas ex professo & velut in propriâ sede*
sciplinâ non tradit, relinquit & omittit. *Coartuatio a.*
di utrumq; ponit, & stellarum, & telluris motum, t. 3.
Et quia externâ apparentiâ nobis non aliter videtur, qu
Solem oriri & occidere, secundùm eam & sensum extern
nostrumq; cognoscendi modum Scriptura *in rebus tàm*
quàm extra fidem, sæpissimè loquitur. Sic rectè Th
p. 1. q. 10. a. 1. *Mosen loqui de his ait, secundùm quod*
biliter apparent, juxta sensum popularem, non Philosophicu
Sic DEUM sub membris humanis depingit, 2. Sam. 22.
seq. Psal. 18. v. 9. *Et passim, non quòd verè habeat*

quod simile sub illis adumbret, & ut nos melius capiamus. Lu-
m luminare majus vocat, quia sic videtur, Gen. 1. v. 16.
um plurimas stellas reverâ longè eâ majores esse certum sit,
Sirium, Cor Leonis, Spicam Virginis, Venerem, &c. DI-
s: Tantùm illuminationis & operationis majoris ra-
one sic *dicitur, quæ notabiliores in Lunâ, ac reliquis stellis,*
hoc in textu additur, v. 16. R. Idipsum est *ex apparentiâ*
sensu externo illuminationis denominare, & sic lucidius as
ficacius sidus, non absolutè magnum, dictum fuisset. Si-
ra Medicea *circa Iovem, velut Lunas Ioviales, prorsus Scri-*
ura silet, quia non ita cognita & apparentia, cum tamen si
is in Iove habitet, tanta ad sensum forent, quanta Luna no-
in terrâ habitantibus est. Poëtæ *etiam in multis imitan-*
r. *Vt* Virgilius 3. Æneid. Provehimur portu, *ter-*
ráque urbesque recedunt, quia sic videtur. Idem, *Arctos Ocea-*
metuentes æquore tingi. Statius, *Solisque cubilia Gades.* Ju-
enalis Sat. 14. *Audiet Herculeo stridentem gurgite solem.*
vid. 4. Trist. el. 3. *de ursis cœlestibus, Et maris occiduas*
n subeatis aquas. Quia scilicet Poëtæ & vulgus censebant,
lem ad occidentem aquis mergi. Quod & Barbaris ac pri-
s Germanis creditum, ut Florus L. 2. C. 17. Et Tacitus
mor. Germ. C. 14. *narrant. Sic Scriptura terræ basin,*
ndamentum, lapidem angularem, lineam, mensuras, tribuit,
b. 38. v. 4. seq. *Expansum aëris Cœlum vocat*, Lev. 26.
19. Gen. 28. v. 23. 24. *Volucres cœli dicit*, Psal. 8. v.
Psal. 104. v. 13. Luc. 8. v. 5. *quæ propriè aëris: Cœlo co-*
mnas, Job. 26. v. 11. *Terræ extrema & fines tribuit*, Psal.
v. 8. Psal. 19. v. 5. Psal. 22. v. 29. Psal. 48. v. 11. Psal.
v. 8. Psal. 135. v. 7. Jerem. 10. v. 13. C. 51. v. 16. *quæ*
globosa, finis & principii propriè expers. Ventum ex occul-
tis &

tis & ignotis locis venire ait, Psal. 135. v. 7. Jerem. *10.* v. 13. Joh. 3. v. 8. *Quæ tamen Geographis Physicisq; nota. Solem oriri & occidere ait*, Ecclesias. 1. v. 5. *Nempè secundùm visum & apparentiam nostram; Aliàs accuratè loquendo in corpore globoso, quale mundus, terra, sol, id locum non habet ubi circuitus esse solet. Sic quæ de Leviathan &* Behemoth *in Job dicuntur*, Job. 40. v. 41. *pleraq; tropica sunt, & non ad naturalem veritatem exigenda. Sic altitudinem cœli & profunditatem terræ mensurari posse negat*, Jerem. 31. v. 37. Syrac. 1. v. 3. *Populariter & ex communi vulgi sensu, quæ tamen artificialiter mensurari posse* Mathematici *norunt & demonstrant.* Idem *in aliis disciplinis fit.* Sic Solstitium *dicimus, cùm propriè sol non stet*, Planetas *Stationarios, cùm ad stellam per tempus hærent*, stellas *calidas, frigidas, humidas, siccas, benignas & malignas, cum in se non tales*, ê vallibus *ascendentes magnum se nobis campum aperire dicimus*, Cœlum *cum astris â Christi tempore in inferiora paulatim declinasse communiter dicitur & sentitur, sæpeq; pro Concionibus ad movendam devotionem proponitur:* Ascensum *& descensum, ortum & occasum siderum dicimus, cùm in rei veritate propriè in globoso nihil tale, sed secundùm apparentiam nostram indicatur.* Hominem *ex terrâ ut materiâ constare Scriptura & communis ratio dicit: Accuratè tamen ex* 4. *elementis compactum esse Physici nôrunt*, aliaq;, *quæ in rei veritate longè aliter se habent. Sic Scriptura extra res divinas ita se ad sensus externos & vulgarem cognoscendi modum accommodat, ut cum naturalis veritas â sensibus discrepat, sæpè ad sensum magis, quàm naturam & rationem rei loquatur, quò meliùs ab hominibus intelligatur. Et sic quia nobis in populari cognitione terra se per modum stantis & immobilis, Sol per modum procedentis*

dentis

entis & mobilis circumambientis habet, ut nobis terra potiùs immota subsistere, Sol aut. illi circumvolvi videatur, Scriptura id ita ad eundem modum pronuntiat, suaviterq́ se in omnibus ad capacitatem naturarum accommodat; Cum heroicis excelsè, cum plebe humiliter, cum eruditis doctè, Cum simplicibus vulgariter, pro modulo cujusq́, loquitur. Sic stellæ cœli decident, Marc. 13. v. 25. Multi secundùm apparentiam, non substantiam explicant, quòd vapores inflammati ex aëre cadant, vt Königstein 2. advent. p. 1. Psal. 19. de cœlo ac sole tropico multis loqui videtur, Christo, Ecclesiâ, Apostolis, & prædicatione Evangelicâ, quorsùm & â Paulo trahitur, Rom. 10. v. 18. Sic â nostro instituto alienus esset. Et licet de proprio loquatur, tropicè tamen & allegoricè pleraq́ proponi ac intelligi voces thalami, gigantis, tentorii, sponsi, currendi, quod propriè in animalibus, similesq́ docere queant, quæ propriè ad solem non quadrant. De DEI omnipotentiâ t. 14. jam responsum. Quæ huic responsioni absurda obvertunt Fromondus, Mersennus, Becmannus, Voëtius, aliiq́;, facilè declinantur, si observetur, id, quod ad communem sententiam dicitur, non statim falsum & vanum esse, cum non tanquam in accurato scrutinio justum aut solidum, sed ut populare & communi sensui receptum proponatur, & non Scripturam tantùm, sed Patres, alios Scriptores, Poëtas, Philosophos, nos ipsos multa ad communes sententias aut externos sensus dicere, quæ accuratè expensa aliter se habere certum sit, ut super eo Scripturæ nihil ignominiæ inferri possit, Et qui id neget, parum in eâ se versatum esse ostendat. Multa etiam per similitudines & parabolas dicere, quæ ad accuratam veritatem expendi non debeant, sed ad scopum ac potiora referri, ut in doctrinâ de interpretandâ Scripturâ pleniùs docetur. Audienda

quidem & in naturalibus est, sed ubi de vero ejus sensu primùm constat. Secùs multa populariter loquitur, ut alibi docetur. Adæquatè principium Theologicorum & spiritualium est, ut ad salutem hominem instruere debeat, 2. Tim. 3. v. 15. Inadæquatè civilium & naturalium, quibus Liber Naturæ adæquatum Cognoscendi principium est. V. d. cogn. hum. t. 13. Et d. 2. Curs. Philos. t. 5. D. 6. t. 10. Et nostrum thema de illis est, de quibus dici possit, Deus mundum tradidit disquisitioni hominum, Eccles. 3. v. 11.

21. V. Scriptura pro miraculo narrat, quòd cursum suum Sol jussu Iosue stiterit, & per integrum diem non ad occidentem deflexerit, Ios. 10. v. 12. Item quòd retrocesserit in horologio Ahas, umbramq; horæ indicem retromeando retraxerit, 2. Reg. 20. v. 11. Esai. 38. v. 7. Quod miraculum & Chaldæi è Babel inquisierunt, 2. Chron. 32. v. 1. De motu terræ inhibito aut retracto nihil habet. E. in Sole motum esse oportet, non terrâ. R. Etiam est in Sole, & ille reverâ inhibitus à DEO sub Iosuâ, & sub Hiskiâ retractus fuit, & hoc ut partem veri Scriptura dicit. Reliquum, & an etiam præter Solis motum alius inhibitus fuerit, quia ex professo ad se non pertinet, prætermittit, t. 20. Nec semper necesse est totum verum dicere, sed quandoq; sufficit partem dicere, quæ maximè verisimilis, aut ad externam apparentiam & sensum manifestior, aut communiter notior est: Abstrusiorem & ita in vulgus non notam præterire fas est. Sic in mysteriis quandoq; procedit Scriptura. In utroq; autem miraculum est, & quod solis, & quòd terræ motus inhibitus. Iosua Solem stare jussit, hoc est, non occidere, sed lucendo pergere, ut meliùs hostes ipse profligare posset. Factum est, & stetit Sol, hoc est, lucendo perrexit. Quibus specialibus ad

Mathematici

Mathematicis modis factum fuerit, non opus fuit adjicere, & Josua, ut belli dux ac Imperator, Politicâ sapientiâ Deut. 34. *v. 9. non præcisè Astronomicâ, repletus, ad Mathematicas accurationes loqui aut respicere in celeri ac fervente contra hostes expeditione non necesse habuit, sed vulgi more loqui satis habuit, & quod ille jussit, ex communi sententiâ factum, stetitq; Sol, lucendo perrexit, diem continuavit.* Modus potior, *quo factum, solis cursum sistendo, exprimitur:* An abstrusior simùl *occurrerit, terræ motum inhibendo, non adducitur, nec ubivis adduci necessum est.* Sic & Lunam stare jussum. *Hoc autem ad diem faciendum nihil necesse erat, nec* Josuæ *intentioni respondebat. Verùm communi loquendi formâ, & copiâ ac* licentiâ Poëticâ *utrumq; astrum connectit, quomodo interdùm solemus, & quomodo Gibeon ac Aialon connectit,* Hebraici enim rythmi duo sunt, quibus Josua Solem & Lunam alloquitur, *ex Libro justorum, ut putatur, desumpti, ut* Poëticè *magis, quàm ad rigidam veritatem explanandi videantur.* Poëtæ *autem sæpè ad vulgi sententiam loqvuntur,* t. 20. *Sic in Gibeon & valle Aialon stare Sol jubetur, quasi præcisè illis verticalis & in meridie fuisset, quomodo in medio cœli stetisse dicitur,* v. 13. *At circa occidentem fuisse omnes circumstantiæ historiæ arguunt, nec ad exactam ἀκρίβειαν omnia illa exigenda. Fini & petito Iosuæ satisfactum, & dies prolongatus est. Hoc enim ipse intendit, ne vespera appeteret, priusquàm hostes profligasset. Fecit Deus, & solem in motu proprio supra Horizontem tenuit, & terram ex adverso ejus rotatam impedivit, ne vespera & nox inumbrarent.* Unum *exprimitur,* alterum *reticetur. Nec omnes modos & circumstantias, quibus aliquid fit aut factum est,* Scriptura *semper exprimit, sed potius & notabilius. Indè solis &*

E 2 *lunæ*

lunæ mentio tantùm facta: Cum in hâc quiete & reliquorum planetarum omnium totiusq; cœlestis exercitus motum *simùl subsidere necessum fuerit, ut Systematis mundani harmonia postea iterùm responderet. Sed quod in Scripturâ non adducitur, verùm Mathematicis cogitandum sciendumq; relinquitur.* Idem *ad exemplum Hiskiæ respondendum. Communi more & verè de Sole dicitur, retrocessisse eum in Zodiaco.* Sed alterum motus additamentum, *quod â terræ volutatione depromitur, usitato more reticetur. Quæ ex aliis* Historicis *de triduanâ statione Solis sub Carolo M. visâ adducuntur,* â Joh. Turpil. in vit. Caroli M. C. 26. *fabulosa omnia sunt, prout Scriptor iste fabulis plenus est, & ut talis plerisq; reprobatur,* Cent. Eccles. 9. C. 13. *Perindè ac continuum triduum noctium, quod adulter Iupiter cum Alcumenâ consvetudinem habens, ut Herculem gigneret, prorogasse dicitur* â Diod. Siculo L. 4. C. 2. Plauto Amphitruo. a. 1. s. 1. Bocatio L. 13. gen. Deor. C. 1. *Mera fabula & commentum Poëticum est.*

22. VI. Scriptura de Sole, Lunâ, *& astris dicit, quòd diem & noctem dividere, & in signa, tempora, dies & annos esse debeant,* Gen. 1. v. 14. 18. *Sed tempus est numerus in motu numerando factus,* Arist. 4. Phys. C. 12. t. 108. 110. L. 8. C. 1. t. 10. L. 1. de Cœl. C. 9. t. 99. *E. in astris motum illum numerari oportet. Secùs terra potiùs in signum & tempora, & dies ac annos motu suo esset, & malè Scriptura astris id tribuendo loqueretur.* R. Verè id de astris *dicitur, & omninò motum suum proprium habent, quo tempora, dies, menses, & annos determinent, ut Sol Diem & annum, Luna mensem motu suo facit, & luce suâ diem ac noctem distinguunt, quod â terrâ ejusq; motu ita fieri non potest, qui diurn*

urnè tantùm & æquabiliter per 24. *horas diemq́; naturalem*
lvitur, undè nec diei aut noctis discrimen, quod è luce majo-
aut minore pendet, nec mensis, anni, & temporum distinctio
ti potest, quæ â motibus magis diversis dependent, quàm
nplex illa & uniformis terræ circularis circumvolutio est. Si
mnem motum Soli & Lunæ negaremus, *& solem centrum*
undi immobile faceremus, ut Copernicus *fecit, dicta ista*
rè nobis opponi possent. *Sed nos astris motum relinquimus*
oprium, & concursationem motus systematicam in Cœlo &
rrâ simul statuimus, t. 3. *Vt terræ motus diurnus tribuatur,*
soli suus in Zodiaco proprius, diurnus & annuus, relinquatur.
t Sol diem facit, *sed lumine, non motu præcisè. Nisi lu-*
dum corpus esset, etiamsi moveretur supra horizontem no-
um, diem tamen facere non posset. An istam lucem
bis oriri, â motu terræ *contra solem volutato*, an Solis
rca terram decurrentis, an utriusq; *concursu deducendum*
, perindè ad lucem esse possit, & de eo Astronomi disceptent.
einde *cùm in tempora, dies, & menses aliquid ut signum*
nstituitur, oportet aliquid non solùm moveri, sed & motum
um â nobis observari & sentiri, ut numerare eum queamus,
d terræ motus non sentitur, t. 35. *Astrorum autem & Cœli*
otus magis ad sensum & apparentiam est, t. 20. *Ab eo ergò*
mpora & eorum distinctiones magis arcessimus.

23. VII. Sunt & alia Scripturæ loca *pro terræ quie-*
, & cœli motu. Vt Job. 9. v. 7. *Præcipit Soli, & non*
itur, & stellas sub signaculo claudit. C. 38. v. 19. *In quâ*
iâ lux & tenebræ habitant, ut ducas unumquodq́; ad terminos
os? v. 32. *An produces Luciferum in tempore suo, & vespe-*
m super filios terræ consurgere facis? Judic. 5. v. 20. *Stel-*
manentes in ordine & cursu suo dimicârunt contra Sisseram.

Baruc. 3. v. 33. *Stellæ vocatæ ſunt, & dixerunt, adſumus, & luxerunt.* R. *Ex parte hæc omnia vera ſunt, & à nobis conceduntur,* t. 21. 22. Jobi 9. *de miraculoſâ Solis inhibitione agitur, Vt ſub Ioſuâ,* t. 21. *Quam DEum præſtare poſſe, & aliquando præſtitiſſe certum eſt, unde aliquem motum Solis eſſe oportere conſequens eſt,* t. 20. C. 38. *Iò producere idem ac oriri facere & viſibilem nobis fieri eſt, quod tàm motu terræ circa Solem, quàm Solis circa terram fieri poſſe certum.* Iudic. 5. *de motu ſtellarum in Hebræo nihil eſt, tantum de exaltationibus, gradibus, vel aggeribus ſuis, hoc eſt, de ſublimi loco ſuo, ut Cœlo, pugnaſſe dicuntur, contra Siſſ. Hoc tàm quieſcendo quàm movendo fieri potuit.* Per *ſtellas* Campanella *Potestas intelligit. Rectiùs angeli notantur, qui ſic quandoque dicti* Iob. 38. v. 7. *Vt* Saa *explicat, Et malè phraſis in Sacris inſolens à* Friedlieb in h. l. *dicitur. Si tempeſtatem eodem tempore in Cananæos per aſtra tùm procuratam ac effectam cum* Joſepho, Lyrano, Cajetano, C. à Lapide, aliis ſ. intelligas, *Tropica phraſis eſt, & utrobique de motu ſtellarum nihil. Et licet eſſent, nihil nobis incommodaret, qui omnem motum aſtris non negamus.* Cœtera *tropica ſunt, & ad accuratam Naturæ veritatem non appendenda.* Bar. 3. *de lumine agit, de motu nihil habet, & ſi habet, nobis nihil incommodet.*

24. *Sic ex* Scripturâ *argumenta fuerunt. Sequuntur* ex ratione. *Objicitur* VIII. Corpus graviſſimum, *craſſiſſimum, & denſiſſimum, pigrum & ad motum ineptum eſt. Quieti enim potiùs deſtinatum. Sed terra omnium naturalium craſſiſſimum & graviſſimum Corpus eſt. Impoſſibile igitur, ut per horam 225. milliar. Germ. decurrat. Tot autem neceſſe habet, Cum ambitus totus, 5400. mill. per 24. dividitur.*

tur. Longè autem velocior motus hic globo tormentario ex-
isso est, qui 4. arteriæ pulsibus 97. aut 98 perticas, rutten,
rciter decurrit. At terram ad æquatorem 364. perticas pro-
urrere oportet, quæ incredibilis volocitas est. R. Major
st falsa. Et magnes corpus densum, solidum, grave est, &
otui tamen aptissimus. Terra autem in intimis visceribus suis,
r ubi ad polos declinat, ac Naturæ suæ purissima velut relin-
uitur, verissimus magnes est, t.12. Et globosæ figuræ est,
uæ ad motum aptissima, etiam Aristotele attestante, t. 11. Ac
obilitas divinitus immissa hic causa motus est, quicquid de
eliquis affectionibus sit, t.15. Et si prorsus impossibile ju-
icandum, terram 225. milliaria Germ. per horam volvi: Cur
on impossibilius, stellam sphæræ Alphonsinæ decimæ sub
Æquatore singulis horis 10186393. mill. Aut secundum Tycho-
is diastemata singulis horæ scrupulis secundis, hoc est, binis
culi nictibus 876. mill. moveri? Cur non absurdum, solem
n Zodiaco duodecies celeriùs, quàm globum torm. provehi, &
minuto 2. 341. rutas decurrere? In æquatore autem secun-
dùm Alphonsinos longè plura decurret. Semidiameter enim
sphæræ solaris 1200. semidiam: terræ habet, & sic 4. arte-
riæ pulsibus 1193. perticas decurret. Tantæ molis & densi-
tatis Corpora, quorum minima terræ quartam partem exæquant,
maxima autem immaniter eam superant, V.t.13. Deinde gra-
vitas motui obstat, sed non cuivis, verùm in altum & per-
pendiculariter, quomodo terram ferri nemo dicit. Deorsùm
autem omne grave naturâ sui, nisi impediatur, tendit, quor-
sùm & terra subsideret, si spatium inferius eâ esset, quò fer-
ri posset, & ipsa non mundi infimum ac centrum esset, axeq;
suo ac polis ita librata esset, ut inferius tendere non posset. Sed
terra circulariter in spatio suo fertur, quomodo corpori gravi
magnetico

magnetico ferri non incongruum est. Sed nec semper gra-
vitas motui obstat. *Sic si duos globos perforatos, & eadem vi*
circumactos volvas, quorum unus ligneus, alter coriaceus &
plumis oppletus, Ligneus ut gravior, promptiùs movebitur,
ac coriaceus. Nec in suo naturali loco terra actu est gra-
vis, *gravia enim in locis suis non gravitant aut levitant, aiunt*
Philosophi. *Itaq; nec gravior, ac sol aut stella in suo loco*
Eoq; motui hic gravitas obstare nequit. IX. Talis erit motus
totius terræ, *qualis partium. Sed hæ recto motu & c*
sùm moventur, Circularem autem nemo in illis observat. E.
& talis totius terræ erit. Arist. 2. d. cœl. C. 14. R. Ta-
lis motus totius, *qualis partium* scilicet toti adhuc unita-
rum, *sub eo contentarum, & sic homogenearum illi, non vio-*
lenter ab eo avulsarum, & sic heterogenearum. Hæ enim mo-
tum à toto longè alium habere possunt, vi enim ab eo avulsæ
sunt, totiq; uniri iterùm naturali appetitu desiderant. Si
quis partem de Sole *aut lunâ diripiat, ea manumissa con*
rectà ad totum suum & nativum locum revolabit, nec ob i so-
lem aut lunam recto motu ferri consequitur. Partes autem
terræ in toto manentes eiq; conjunctæ circularem motum, ut to-
ta terra, habent, Totus enim terræ globus partibus tàm inter-
nis, quàm superficialibus cohærens axe & polis suis immot fi-
xus & hærens 24. horis uniformiter ab occasu per meridi
versùs ortum, ut Corpora simplicia cætera, aqua, aër, ignis,
circumrotatur.

25. X. Circulariter mota, *exceptâ primâ sphærâ,*
duplici motu moventur, ut è motibus reliquarum sphærarum
patet. E. *& terra, si moveatur. At sic conversione*
mutationes stellarum fixarum fient, ut eadem stella in eodem
horizonte versùs aliam & aliam plagam oriatur & occidat,

quod tamen non fieri videmus. Ita Arist. 2. d. Cœlo, C. 14. t. 97. R. Antecedens falsum, *& mera hypothesis ficta Astronomica est, totaq; motu terræ in oppositum motui cœli obverso vertitur, & ab ipso* Aristot. *impossibilis judicatur, qui uni corpori simplici unum motum attribuit, non duplicem,* 1. d. cœlo t. 7. & 2. de cœl: c. 2. 3. 4. 14. V. t. 13. Consequentia etiam non valet, *nam nec* Copernici *triplex motus terræ tributus istam astrorum conversionem inducit. Cur simplex & uniformis eam inducat? Rectè ortus ac occasus fixarum in eodem horizonte sibi constat, quia uniformiter ad cœlum suo motu Solis & astrorum volutum, terra è contrariò ab occasu in ortum se* 24. *horis convertit, sicq; ortus & occasus istarum stellarum uniformiter iisdem horizontibus per diversas horas in ordine & situ suo inconcussi habitatoribus terræ repræsentantur.* Conf. t. 33. XI. Quò aliquid naturaliter fertur, *ibi naturaliter quiescit. Sed terra tota & partes ejus ad Centrum universi feruntur, ut in partibus patet. E. ibi quiescunt.* R. Minor est falsa. *Partes terræ à toto avulsæ analogiam terræ in motu ampliùs non retinent, eoq; ex earum motu ad centrum, de motu totius terræ non colligendum, t.* 24. *Terra tota autem motu gravitatis aut descensûs & rectilineo ad infimum locum & centrum mundi nunquam devenit, sed vi Creatoris eò pro bono universi fixa locataq; est, ut eo loci manere, nunquam ab eo nutare aut excidere debeat, quamdiu ordo Cœli & terræ in universo à* DEO *servabitur,* Jerem. 33. v. 25. Falsum etiam, *corpora naturalia in suis locis semper quiescere. Nam ignis & exhalationes tùm sursum feruntur, tùm raptu primi mobilis in circulum aguntur, secundùm* Aristot. *Et cœlum perpetuò rotari ipse dicit, etsi in loco sibi naturali sit. Quiescit à motu de loco ad locum, sed non à motu in loco & circa*


locum, quam distinctionem Aristot. *hypothesis confirmat, cùm sphæram circa proprium axem circulariter motam moveri simul & quiescere dicit, quia eodem loco semper maneat, non alium acquirat,* L. 8. Phys. C. 9. t. 76. *Eodem modo & de terrâ dicere possumus, quiescere eam, quia de loco & sede suâ non movetur, nutat, aut excidit: Et moveri, quia perpetuò in eâ circulariter volutatur.* Conf. t. 31.

26. XII. Si terra circulariter movetur, *pondera in altum perpendiculariter emissa non poterunt in eundem locum recidere, interea enim terræ spatium subductum erit, & in aliud, quàm é quo emissa sunt, recident, & si in infinitum in altum emitti possint, in remotissimum â priore locum recident, terra enim infinitis spatiis interim promota sit. Similiter lapis é turri decidens non poterit juxta turrim decidere, nam turris cum terrâ interea motu promota fuit,* 2. d. Cel. C. 14. t. 101. R. 1. Si terra movetur, *& systematicus ipse motus particulari corporum motioni contrarius est, & terra, aqua, aër, non unum systema in motu simùl faciunt, motuq; telluris hæc posteriora non sequuntur, tùm ea sequentur. Sed eorum nullum est, eoq; motus unius non impediet motum alterius.* Homogenea enim, & ad unum systema pertinentia *non se impediunt, sed juvant & promovent. Nec ergò terræ motus universalis particularem ponderis aut globi tormentarii motum impediet, & sic pondera non solùm in eundem locum recident, sed in alium recidere non possunt.* 2. Dum pondus in alto est, *terra cum turri & aëre circumstante omnibusq; nexis simùl progreditur, omniaq; ista magnetico raptu secum defert per orbicularem istum motum, donec impulsu projecti desinente in eâdem lineâ pondus decidit, in qua in altum ejectum fuit: Verissimus enim magnes terra est,* t. 11. *Omniaq; rectè*

projecta

projecta, sive in altum, sive in latum, omnesq; motus rectilinei in lineâ aliquâ imaginariâ feruntur, terminis â quo & ad quem brevissimè interceptâ, nusquam interruptâ, ut Geometris & Mathematicis notum ac concessum. Sic globus bombardicus ad scopum emissus in lineâ orificio sclopeti & scopo interceptâ, nusquam inclinatâ aut laceratâ, in scopum fertur. Idem de perpendiculari habendum, quousq; in altum vi impulsus pertingere potest. Et illam lineam projecta deserere nequeunt. Illa autem linea, quâ emissilia vel ad terram, vel â terrâ perpendiculariter feruntur, est radius terræ extrà continuatus, quomodo in Geometricis scimus, cujuscunq; sphæræ & circuli radios posse esse numero infinitos, qui & extra circulum ac sphæram infinitè continuari possint. Illi autem radii ad sphæram vel circulum suum perpendiculares sunt, & circumvoluto circulo singuli motum sui Corporis non interveniente ullâ rupturâ sequuntur, ad quem modum fermè radios rotarum curribus sequi motum rotarum in curru animadvertimus.

27. Itaq; & hic radius aëris terræ continuatus telluris motum sequitur, sicq; defert missilia, & extra se non effundit, sed facit, ut in idem punctum recidant, é quo radius super superficiem terrenam adducitur. Sic emissum ex a. in b. c. d. & a. interim volutatione promoto, omnia ista b. c. d. in terminum â quo a. iterùm recident per radium continuationis. Sic lapis à summo mali in carinam navis missus perpendiculariter in punctum ad malum decidit, etsi navis plenissimo vento celerrimè promoveatur, & lapis cum illo navis motu simul proferatur. Perindè ac in idem navis punctum decidit, si navis immota subsedit. Quod Morinus ad Galilæi exemplum ter probavit, & certum comperit. Sic globus ex arcu perpendiculariter in navi excussus in idem centrum ad projicientem



entem recidet, sivè navis quiescat, sivè provehatur, Quod etiam experientiâ probatum est. Idem *de lapide è turri projecto & adturrim decidente est. Terram autem circumjectam ita continuare posse motus aëris terram sequentis, Vt stellæ suprema Alphonsinorum sphærâ circumagi creduntur, & sphæræ circumgyratæ exemplum, vicinum aërem & in eo pendentia pro rotæ quantitate ac motu proportionata secum simùl rapientis, docet, ut in stipulis ac plumis ad rotas coluum circumactis videre est, quæ simùl cum rotâ circumducuntur, aerq; vicinus cum eâ simùl agitatur, quod ex frigiditate aëris, si manum admoveas, sentitur, & ex magno globo æneo celerrimè circumducto evidentius est, quantam frigiditatem ex impulsu vicini aëris conciliet: Vt & magnetica terræ vis, quæ internus maximus magnes, talemq; se profundis scrutatoribus ostendit,* 11, 12. *Similiaq; ostendunt, pluribusq;* à solidis Mathematicis *demonstratur, ut* Galilæo, Keplero, Lansbergio, Copernico, Kirchero, & Cabæo, *Vt* Fromondi, Becmanni, similiumq; *effugiis parum solidi hic proficiatur, ut demi di posset, si plenis commentationibus deducere occasio esset, quæ thesibus tantùm stringere per eam oportet, Cum amplior negata sit. Tali autem terræ circumductu ad minimum infimam aëris regionem aut aliquam ejus partem circumrapi probabile est, & violentia aëri impressa ad sexagesimam semidiametri partem à superficie Orbis terræ minimùm extendi queat.* Gravitas enim terræ motæ *pondus hic circumlationi addit, & sic violentiùs circumjecta circumrapit. Sphæra enim quò gravior, eò concitata validior, & recepti semel impetus tenacior est, eoq; violentiùs ad circumjecta eum projicit. Sic in orbiculis & sphærulis* orichalceis & ligneis *æqualis quantitatis, gravior validiùs & tenaciùs circumferetur.*

28. Dices

28. *Dices:* Sic terra ingentem ventum in aëre sic violenter circumducto *excitabit, quomodo rota colus aut globus id faciunt,* t. 27. *Quem tamen non sentimus.* R. Nempe quia nos simul cum terrâ *in isto vento circumrapimur, non sentimus eum. Si quietè in eo sisteremus, sentiremus eum. Sic ad colus rotam sentimus, quia digitos immotos aut manum inclinamus: Si illi unà cum margine rotæ circumferantur, non sentiant. Et quod in nostris tractibus non sentitur iste ventus, varia ventorum confusio ex fumis & exhalationibus diversis proveniens, ventum istum interturbans, varieq; aërem commovens, in causâ esse potest: Sed in aliis Zonæ torridæ oppositis vastisq; maribus à terrâ remotioribus, intra tropicos comprehensis, evaporationes terrestres nullæ sunt, eoq; hoc evidentius observari posset, quomodo* nautæ *ibi constantem auram ab oriente flare narrant, ut ejus beneficio citò ad Indias Occidentales provehantur, Cum ad Orientem difficulter & incertò progredi queant, nonnisi tumultuariis ventis aliundè accedentibus & intermistis. Sic quæ naves Venetias ab ortu, ut Syriâ, ad occasum redeunt, longè citiùs appellunt, quàm quæ inde ad orientem solvunt, proportione fermè 25. ad 100. intercurrente. Sed nec absurdum est, projectilia ita ferri, eorumq; motum non uniformem, sed irregularem, ac è pluribus compositum esse.* Simplicium *simplex motus est: Sed* compositorum *compositus simùl esse potest, triplex, quadruplex,* V. t. 4. *Projectilia autem composita corpora, non simplicia sunt. In infinitum autem ea ferri quorsùm adducitur? Cum mundus totus cum omnibus corporibus in eo contentis finitus sit & maneat, adeoq; infiniti quid Natura non admittat,* d. 6. Curs. Philos. t. 9. *Quomodo ergò in infinitum mittantur? Et quæ vis projicientis aut extundentis tanta erit, ut ad unum milliare Germ. perpendiculariter*

dicularitur in altum projiciat? Nulla tormenti vis id præstabit. Aëris interim concomitantia projectorum motum secum deferentis aliquot in altum milliaribus extendi possit, Vt Geographi, Optici, & Geometræ docent.

29. XIII. Simile argumentum, sed gravius priore, & pro insolubili hic habitum, ac ut tale á Tychone olim Rothmanno Hassiæ Mathematico objectum L. 1. Ep. Astron. p. 188. 189. á tormenti explosione sumitur. Si terra in circulum movetur, quomodo globus tormentarius pari pulvere pyrio, pondere, eadem elevatione, altitudine, parallelo, aëre tranquillo, omnibus cæteris paribus, tàm circa ortum quàm occasum explosus, æqualia spatia emetiatur, & eodem tempore ad scopum uterq; pertinget, cùm interea terrâ ad occasum promotâ is versus ortum vix tormentum antevertet, is ad occasum autem cum terræ & aëris motu interim promotus longè majus spatium superârit, & aliquot milliaribus progressus sit? R. 1. Motus universalis non impedit particularem, sed relinquit, t. 26. Sic motus universalis totius navis nihil impedit motum particularem corporis alicujus in eâ. Si quis in altum in inferiori navis subsiliat, pari distantiâ á puncto recedit, á quo navi quietâ recessisset, etiamsi navis in saliendo aliquo passus processerit. Itaq; & lapis & globus suo motu pulsuque fertur, quorsùm excutitur, sivè terra quiescat, sivè moveatur.

2. Talis globus duplici motu provehitur, vectione per arcum aëris circularem terræ motum comitantem, & pulsu violento pulveris ad scopum propositum per lineam rectam quibus ad ultimum, ubi vis pulsionis langvescit, etiam motu globi ut gravis corporis deorsùm, & reunitionis cum tellure accedit. Pulsu itaq; ad lineam rectam uterq; globus eandem metam decurrit, & ad scopum protruditur. Vectura in-

ortum

bem rotatur, sed ad occidentem: sed quod pulsui in orientem
hil adimit. Sic rem aliquam â navis meditullio nunc ad
oram, nunc ad puppim motu deferes, spatium deferendi,
od res delatione emetitur, idem ad utramq; partem est, cui
c derogat, nec proficit motus navis, quo ea interim plenis
elis celerrimè in Austrum aut Boream promota est, remq; eò
mùl detulit. Sic avis in caveâ ampla, quorsùm vult, æquâ
stantiâ ad latera volat, etsi cavea interea hùc illuc deporte-
r, avemq; secùm deferat, V. t. 4. Sic in magnâ navi
enis velis agitatâ si ingens camera avibus repleta sit, quædam
m motu navis, aliæ contra eum volabunt, utræq; eandem
stantiam volando emetientur, etsi cum navis motu simùl inte-
m omnes motæ fuerint. Si pisces in magno vase sint, ea-
em spatia natando conficient in hanc & illam vasis partem, &
m navi simùl proferentur. Situla in eâ suspensa guttatim
subjectum vas aquam stillabit, etiamsi cum nave simùl pro-
ratur. V. Galilæum p. 180. 181. Sy. Cosm. aliosq;.
c unus in prorâ, alter in puppi pilas, mala, globos, alte-
aëre tranquillo projicere, eadem distantiâ & motu potest, non
vatur alter navis promotione, nec alter turbatur motus istius
ntrarietate, uterq; pari virtute sine impedimento pilas proji-
t, & utræq; pilæ eodem tempore metas assequuntur, etsi cum
vi motâ simùl interea promoveantur. Sic secundùm
lphonsinos stellæ sphæræ decimæ singulis arteriæ pulsibus
pra 2500. mill. Germ. versùs dextram rapiuntur, nihilomi-
s proprio motu in sinistram feruntur. An in simplici cor-
re motus duplex simùl esse potest, & in mixtis ac composi-
s, ut globis tormentariis, lapidibus, projectilibus, eum esse
possibile erit? Conf. c. l. Idem ad exemplum pilæ ex
ortario perpendiculariter jactæ reponendum, quod Furten-
bach.

bach in nitropyrob. p. 54. *adducit, ubi dum pila in aere jactatur, mortarium interim in terrâ hærens ad aliquot millia-ria cum terrâ promota sit, & sic pilam non propinquè ad mortarium decisuram. Nam & mortarium & pila aëre cum terrâ interea provehitur, tandemq; ad mortarii locum, ubi potest aut solet, sæpiùs enim pilæ declinant, quòd mortaria non æqualiter & directissimè formata sint, iterùm decidit, ut pleniùs in Mechanicis deducitur.*

30. XIV. Si terra movetur, *& aerem simùl circumrapit, ingensq; ventus indè excitatur, utiq; aves contra motum terræ volantes vehementer in volando impedientur, & de nidis suis devolventur, ut eos non facilè reperiant.* R. Neutrum fit, *perindè ut in navi volatus avium in caveâ non impeditur, licet navis progrediatur, & cavea rotetur, aut deportetur, indeq; ventus concilietur,* t. 29. *Et aves ut alia corpuscula aëri analogæ sunt, ut ex ejus naturali commotione ê motu terræ deductâ in motu suo impediri nequeant. Analogum enim non impedit analogum, sed juvat.* Sic *nec de nidis suis deturbantur, quin naturali instinctu eos repetant & inveniant.* Linquitur enim in hoc motu unumquodq; in suâ sede, ubi est, *etsi cum terrâ simul in orbem rapitur, & sic in suâ sede fixum relictum iterùm â suo quæsitore reperiri potest.* Sic *cum navis in Austrum Africam præterebitur, ad imam velut terræ partem devehitur, nec tamen quæ in eâ, evertuntur, aut è suis sedibus deturbantur, sed relinquuntur. Et navis imam partem in aquis, summam versùs cœlum habet, perindè ac in superiore Orbis hæmisphærio procedens.* Conf. t. 39. XV. Maximus ventus ê terræ motu concitatus, *lapides, ædificia, & summitates eorum animalia & similia in superficie terræ concuteret.* Nam si lapi-

dem

lem in rotam currentem projicias, tantò violentiùs repercuti-tur, quantò celeriùs rota movetur. R. Nihil horum perti-nescendum, *ventus enim ille naturalis est, adeoq; nihil vio-lenti terrenis corporibus infert, ut reliqui venti violenti ex ex-halationibus orti. Et omnia gravia terram ut centrum quietis agnoscunt, ac in eâ quiescunt, non corruunt, & sic etiam ædi-ficia, rupes, lapides, similia, ultrà non labuntur, sed in suo centro, terrâ, quiescunt.* Sic *si in terrâ foramen per totam terram pervium esset, & lapides ac gravia eò injiciantur, in medio terræ & centro quiescent, non ultrà procident; de quo* Gilbertus, Rivius in sclopetar. Svuenterus, Galilæus, aliiq; *videndi.* Sic *lapis è fundâ excussus pulsu flacescente ad terram declinat, ibiq; quiescit.* Sic si *ferrum in magnete adhæreat, & magnetem volvas, ferrum magneti adhærescit, & simùl voluitur, non succutitur aut evertitur.* Sic *omnia terrena magneticâ vi ad terram ut matricem suam inclinant, ideoq; adhærere volunt, volutationem ejus sequuntur, nec con-cutiuntur, nec evertuntur. Sed in eâ quietem suam habent.* Sic *& aër & aqua velut partes terræ sunt, eoq; motum princi-palis sui sine concussione sequuntur.*

31. XVI. Si terra movetur, *verendum, ne ædificia & structuræ omnes corruant, basis enim & fundamentum ea-rum est, aut terra ipsa celeri rotatu dissipetur tandem. At fundamentum rei immobile esse debet.* R. Verendum etiam, *ne cœlum cum astris, tàm ingentia multisq; myriadibus majora, quàm terra & aqua, & conglobatæ lucis corpora in sublimi su-spensa, in nos ruant, nosq; obruant, aut rapidissimo & cogi-tata omnia superante illo motu in favillas dissipentur ac in nihi-lum solvantur. Terrena compactiora sunt, & vix 15. mil-liaris partem assequuntur spatio, quo stellæ 876. mill. conficere*

 dicuntur.

dicuntur. V. t. 13. *Proportio est, quæ 1. ad 13140. circiter.*
Et terra intimè magnetica, & sic satis solida est, ne dissipatio
ei metuenda, t. 11. 12. *Verendum etiam, ne nos in cœlum*
ruamus, aut antipodes nobis oppositi eò ruant, vel naves totum
terrarum orbem circumeuntes, ubi à nostri horizontis plano in-
clinaverint, in contrariam cœli patem labantur. Motus ter-
ræ naturalis est, *& aër naturaliter eum comitatur, non re-*
luctatur, non violentus, unde ædificiorum concussiones sequi so-
lent, Vt in terræ succussionibus. Naturalis motus in loco natu-
rali fit, qui locatum servare solet, non evertere. Sic *in na-*
vi per rapidissimos fluvios æqualiter delatâ nulla inquietudo sen-
titur, nec pocula aut lagenas vino plenas everti videmus. Na-
vis ocyssimo volatu velificans per horam 2. aut 3. mill. German
absolvens non dissolvitur, etsi præternaturalis motus sit? Cu
terra à naturali exiguum spatium absolvens dissolvatur? Et s
ædificiorum demolitio è terræ motu metuenda, Ergò à prin-
cipio, *Cum nondùm structura ulla in eâ fuit, & motum ha-*
buit, nam statim ut distincta in creatione est, tertio die, Gen.
1. v. 9. 10. *motum ei inditum fuisse certum est, hoc pericu-*
lum timescendum non fuit, sed post structuras in eâ ædificata
demùm successit. Quæ quod vrbes, arces, pagos, attinet
non ita statim à primordio mundi accesserunt. V. Gen. 4. v.
Non enim statim ac Abelem occidit Cain, urbem ædificavit
sed 300. aut 400. annis post, cum filios, filias, nepotes &
neptes genuisset, quæ eam incolerent. Ut Josephus L.
antiq. C. 3. *insinuat, &* Augustin. 15. de Civ. Dei, C.
docet. Nec omne fundamentum immobile est. V. t. 32.

XVII. Corpus simplex, ut terra, *nonnisi uno mot*
fertur. At hic ut gravis, ex naturâ deorsùm est. E. *ci*
culariter moveri nequit. R. Quomodò *ergò cœlum simi*

contrari

ntrariis motibus secundùm Alphonsinos, Aristotelicos, & Tychonicos *fertur, & tamen simplex,* t. 13. 29? *Et terræ taliter ac Systematicè spectatæ motus nunquam fuit deorsùm, c ita ad centrum universi pervenit,* t. 25. *Sed circularis. ravia megneticâ vi ad terram & centrum deorsùm feruntur. d terra ut totum Systema cum aquâ & aëre in orbem ferri bet.* XVIII. Si terra movetur, *Polonia in Belgium, allia aut Hispania in Chinam delabentur, totusq; terræ & pro- inciarum in eâ ordo convelletur.* R. Etiam metuant tales, *i susq; deq; se volutent, ne caput pedes, & venter brachia nt. Motus hic quia naturalis & systematicus, harmoniam rræ & totius mundani systematis ac distinctiones Zonarum, imatum, cardinum, provinciarum, relinquit, non convellit. agneticè universa hærent & fixa sunt, & sic fixa, non avul- , aut perturbata, motum universi harmonicè sequuntur.* . t. 38.

32. XIX. Si cœlum movetur, *Ut pleriq; concedunt, cesse est terram quiescere. Motus enim super immobili fit.* . Nec omnis motus *super immobili, ut sphæra super sphæ- m cœlestem & artificialem, navis super aquâ fluctibus com- otâ: Nec si esset, terra istud immobile erit, sed centrum rræ & universi, quod verè immobile fixumq;,* t. 18. *Cujus- nq; enim sphæræ rotatio super axe suo & immobili fit, ut Me- anici nôrunt.* XX. Omne centrum *debet esse immobile. d terra Universi centrum, & primo statim Creationis die ad creata, cum nec Sol, nec Luna fuit, quæ 4. die facta, nam primi diei opus sphæricum suo centro constitit.* R. Ante- edens falsum. *Nam 5. Planetarum centrum Sol est,* t. 17. *Quem adversarii ipsi primum mobile faciunt, & sphæræ cœle- es super aliis sphæris, quæ ipsis pro centris, moventur, quæ*

& ipsæ mobiles, ut iidem concedunt. Sic epicycli super aliis cyclis mobilibus moventur. V. t. 5. *Hominis centrum pedes sunt, qui maximè mobiles. Suprema autem pars, Caput, immobilis est. Si ita in macrocosmo sit, terræ motus præ Cœlo adscribendus sit.* V. t. 6. *Nec terra, sed centrum terræ universi centrum est, quod verè immobile. Et hoc etiam primi Corporis primo die à DEO conditi centrum extitit.* Et licet *respectu firmamenti instar puncti sit, ac proportio magnitudinis terræ ad universi ferè insensibilis sit: In se tamen spectata punctum satis amplum & crassum est, ut quod 2662560000 mill. cubica in se continet.* XXI. Si est aliquod semper & primum mobile, *Vt cœlum, necesse est & esse aliquod semper immobile, & primum quiescibile, ut terram,* Aristot. 2. d. Cœl. t. 21. R. Nulla consequentia. *Pleraq; in naturâ in actu & motu sunt,* t. 10. *Et ipse* Aristot. *hoc fatetur, omne corpus naturale motu locali mobile dicens,* V. c. 1. Perinde acsi dicas: *Si datur corpus primum finitum, dandum & primum infinitum. Si corpus creatum, & corp. increatum. Si corpus temporarium, & æternum. Non semper opposito alterum oppositum facto in naturâ datur, sed quandoq; potestate tantùm. Sic datur numerus actu finitus, sed non infinitus, Verùm potestate tantùm. Linea actu finita, sed non actu infinita. Omnia in naturâ plena sunt: Sed vacuum dari* Arist. *ipse negat,* L. 4. Phys. C. 6. 7. *Et operosè probat. Non si ens in naturâ est, & non ens in eâ esse oportet. Et centrum terræ ac universi axisq; ejus illud immobile est, si omninò tale dari oportet.*

33. XXII. Nullum violentum *diuturnum. Sed motus circularis terræ violentus esset, naturâ enim deorsùm vergit. Non ergò perpetuus esset.* R. Minor *falsa est, naturalis*

lis *est, ex inditâ virtute ejus exsurgens, & terram, ac* *æ in eâ, servat, non convellit,* t. 30. 31. XXIII. Si rra movetur, *non semper & constanter in iisdem terræ lo-* *& punctis horizontis stellæ fixæ nobis orientur & occident,* *od contra experientiam.* R. Si movetur vagè, tumul-ariè, & inconstanter, *tùm apparentiæ istæ diversæ fient.* *d movetur uniformiter, circulariter, & constanter, & cœ-* *n ex opposito ejus motum defert, Vnde semper fixarum in-* *lem horizonte eadem & perpetua apparentia.* Conf. t. 15. 34. XIV. Pars terræ *medium Mundi sortita quiescit.* E. *&* *a quiescit. Nam in medio Mundi est. Sequitur enim pars* *tum sui totius.* R. Pars violenter à toto avulsa *non-* *uralem totius motum, sed reunitionis cum suo toto sequitur,* *à naturâ totius multum recedere potest. Sic pars à Lunâ* *ulsa rectà ad unionem cum Lunâ advolabit, nec ideò totius* *næ motus rectus est. Et analogiam cum toto ita avulsæ par-* *perdiderunt,* t. 24. 25. *Et quiescit terra in medio mundi,* *ab eo non desciscat illudq́; relinquat, non autem, ut in eo nullo* *do moveri aut volutari possit,* c. 1. XXV. Nihil mo-tur in loco, *ad quem naturaliter tendit. Sed terra deor-* *n tendit, & ita jam situatur.* E. *in eo non movetur.* R. tecedens falsum est. *Ad locum non movetur, quod in-* *iam est: Sed in loco moveri potest. Sic cœlum in loco na-* *ali perpetuò volvitur ob universi bonum,* t. 23. *Nec terra* *propriè deorsum tendet, sed jam deorsùm est, & ita si-* *ta est, nec per motum eò devenit, sed à Creatore ita loca-* *st,* t. 22. 23.

34. XXVI. Terra movebitur circulariter *aut ab* *insèco, at sic ut gravissima deorsùm vergere cupiet,* *motus ei naturalis est, aut extrinseco, at nullum illud est,*

quod

quod tàm grave corpus ciere potest, & violentus sicq; non a
turnus motus erit. R. Ab interno *& naturâ indito ac* m
gneticâ vi est, t. 29. 31. *Deorsum tendentia in terrâ*
aliena est, t. 32. *Partium motus heterogeneus hic*, t. 24.
si cœlum ex Aristot. *rotatur per intelligentiam, cur non &*
ra ita rotari possit, & sic ab externo volvetur : & perpe
tamen ac constanter, perinde ac cœlum? XXVII. Si te
movetur, *singulis horis habitatores terræ distantiam ad p*
mutabunt, & nunc Arcticum, nunc antarcticum intuebun
Quod nemo experitur. R. Non sequitur. *Quidvis enim*
suo loco fixum manet, non turbatur aut convellitur, & sic p
à polo situ & distantiâ semper quidvis permanet, quâ situ
est, super polis enim immobiliter fixis reliquisq; omnibus in
suo permanentibus volutatio fit, t. 31. 33. XXVIII. N
temporum vicissitudo *manebit, ut dies ac noctes succed*
R. Etiam non sequitur. *Nam terrâ motâ & universu*
cœlum movetur, non quiescit. A motu terræ & additam
Solis est dies, à motu Lunæ mensis, à Solis annus & 4. p
tes, V. t. 3. 22.

35. XXIX. Contra publicam & universale
experientiam *tot seculorum iste motus quotidianus terræ est, c*
nullus mortalium unquam per tot 1000. *annorum spatium eu*
animadverterit, & sensibus tamen omnes justè præditi sint
rem attendant, & objectum, distantia, videndi medium
omnia justè se habeant ac proportionata sint. At sensibus
diuturnè intentis non est aperta vis inferenda. Non enim
rectè se habens circa proprium sensile occupatus errare s
R. Nihil à subtilitate alienum magis, *quàm exempla*
inductiones, quæ sensuum munimento fulciuntur. Etenim o
ma quæq; & subtilissima rerum fugiunt sensum, aut fall

Scali

iger ex. 25. f. 2. *Non videmus aërem nos circumſtantem,*
ntellectum à Cæſare ſeparari, non aërem aut ignem in
s, non animam in Cane, bove, leone, non formam ſpecifi-
in rutâ, ſalviâ, betâ, cupreſſo, cinnamomo, nullam rei
riatæ. Quæ in verub. aſſantur, ab eo, quem videmus,
non tanguntur, ſed ab eo, quem non videmus. Adeò ve-
nguntur, ut etiam tandem crementur. Neq; tamen viſi-
t ignis ille, ait Idem ex. 29. *Nec ob id negabimus eum*
nſibus dijudicetur, *Solem tricubitalem, Lunam bicubi-*
aut ſequipedalem, utramq; planam, ut aſſerem rotundum,
loboſam, ut globum, Mercurium, Venerem, Iovem, ut
alia Corpuſcula cenſebimus, altitudines ac diſtantias à terrâ
uam veras aſſequemur, Omnes æquè à nobis diſtare, pla-
reverâ ſtare ac retrogredi, cœlum horizonti terreno cir-
uaq; connexum putabimus, multas ſtellarum chiliades planè
videmus, ſenſuum judicio diſtantiam ſtellarum paucorum
rium, nec Iove, Saturno, aut etiam Lunâ majorem
abimus, & ſimilia ſentiemus. At per hæc totam Aſtro-
iam *in falſiſſimum Chaos redigemus.* Sæpè *in propinquis*
tiis errata viſionis contingunt, ut Optici *obſervant.*
in tantâ re harmoniam totius mundani Syſtematis concer-
unius ſenſus teſtimonio niti velit? Senſus non fallit,
uſtè ſe habens, & nullo impeditus. *Hic autem im-*
ur, quò minùs verè advertat. Immodica cœli diſtantia
, ut terra ſubſidere videatur: Et *motus non eſt objectum*
ius ſenſus externi in particulari, ut eo dijudicetur. Sed
mune multorum, *& interiori ſenſatione, collatione, ac*
io colligendum eſt. Oculus etiam, terra, cœlum
uali velocitate terrâ velociore, verſus eandem plagam
n, feruntur, ideò terra oculo æquè velox quieſcere, cœlum
autem

autem in contrariam partem ad occasum rotari videtur. In... *quali enim celeritate latorum, eò quò oculus fertur, ea,* qu... *æquè velociter, ac oculus, feruntur, oculo quiescere, quæ ta*... *diùs, in contrariam partem, quæ celeriùs, in præcedentia m*... *veri videntur,* Vt Euclides t. 53. Opt. *docet, Cum* q... Alhazel l. 3. n. 39. Et Vitello L. 4. p. 134. 138. Risnerus l. 2 Persp. n. 92. aliiq; *consentiunt. Et* experientiâ *confirm*... *tur.* Si *nave navem prætereamus, nostra nobis quiescere*... *altera retrogredi videtur, Cum reverâ eò, quo nos, tenda*... *sed non æquè velociter.* Sic *si dormientem in navem tar*... *motam deportes, excitatus cæteras naves quiescentes aut arb*... *res sibi occurrere putabit.* Sic *in mari vecti littora nobis*... *orbem verti videntur, terræq; vrbesq; recedunt,* t. 20. In... *curru vecti terræ recedere videntur, Externâ nempè app*... *rentiâ, Et quia oculus, in quo piramidis visivæ fastigium*... *celeriter movetur, vnde & ipsa basis ac res visiva move*... *videtur.* In navi *ipsum navis progressum non videbis, q*... *tamen verissimus, cum pleno vento progrederis.* Motus i... *ter eas res, quibus ipse communis est, nullam operandi vim h*... *bet.* Ebriis *omnia gemina videntur, quia vapores nerv*... *oculorum distendunt, ut apex pyramidis visivæ nimis dilatetu*... *& geminus videatur. Et videns aut visibile celeriter m*... *tum objectum etiam geminabit, axis enim visivæ piramid*... *nequit firmari in objecto, & spiritus optici in vidente turba*... *tur. At hæc omnia erronea sunt, & in reipsâ longè alit*... *se habent. Quare nudis sensibus hic confidere non tutum est.*

36. XXX. Astra ipsa *in cœlo moventur motu sibi* DEO *indito. Non ergò terræ motu opus.* R. Non sequitu... *Moventur astra pro se motu proprio: sed & terra pro se cu*... *astris motu communi, Hoc Synartrhosis totius Systematis mu*...

da...

ni requirit, t.3.13. XXXI. Terra nativâ sua gravita- *ex omni parte pari mole libratur, ut utrinq; in æquilibrio con- stat. At quod tale est, tanquam immobile quiescere oportet.* eck. l.1. Geogr. c.2. R. Major est falsa. *Nam acus magne- a nuda vel orbi chartaceo ut apud nautas, adnexa, obelisco suo posita horizonti æquidistat, ita ut utrinq; vel in orbe charta- ex utraq; parte pari gravitate libretur, nec statim ab omni tu quiescit, sed in æquilibrio isto circulariter ad acquirendam versus polos directionem movetur, & hic motus ei naturalis , prout & ille, quo gyrum vicini magnetis aut chalybis tempo- quantolibet sequitur. Et si jugum libræ vel simile quid nuti- s imparibus libretur, ita ut altero extremo sursum, altero rsum tendat, & illud tandem quiescet* Itaq; æquilibratio *ad quietem nihil facit. Ideò alii* Peripatetici *causam quie- in terrâ non æquilibrium extremorum, sed coarctationem me- rum, deorsum tendentiam, gravitatem, ac densitatem, faci-* ;, t.24. Minor etiam falsa. *Quantitates enim in æqui- rio consistere dicuntur, cum horizonti æquidistant. At quan- do terra illi æquidistabit, hoc est, parallela erit, globosum pus superficiei planæ?*

37. XXXII. Si terra volvitur, *& sidera oriri ac occi- re facit, malè dicitur solem oriri & occidere. At omnes mor- es ita loquuntur. Consensus autem gentium non temerè repro- ndus.* R. In rebus & sententiis *ipsis communis consensus non nper sequendus, Plerumq; enim vulgus à vero exerrat. Per blicam viam, communes vulgi sententias, ne incedito, dixit* thagoras. V. irenic. def. p.1.t.2. In loquendi modis *quid ei indulgeri potest, & cum Vulgo loquendum, ut intel- amur. Et sic usitatæ loquendi formæ retineri hic possunt de u & occasu Solis, astrorum. Verè enim & in astris suus mo-*

tus, t. 3. 13. Et oriri aliquid dicitur, Cum apparere inci-
pit, occidere, cum disparere. *Astra autem apparere & di-
sparere dici possunt, sive cœlum ad dextram & ortum, sive ter-
ra ad sinistram & occasum moveatur. Quomodo & heliacè oriri
ac occidere stellæ dicuntur, Cum radios Solares subeunt, & ex
iisdem rursùs erumpunt. Cum tamen ex Astronomicis constet,
non stellas, præter ♀. ☿. & ☾. ad Solem & à Sole, sed hunc ad
illas accedere & ab illis recedere. Itaq; ortus sideris hic pro
ascensu & apparentiâ, occasus pro descensu & disparentiâ acci-
pitur.*

38. XXXIII. Terra longissimè *abest ab ultimo, primo
mobili vel motore. E. minimè moveri credibile. Nam quò quid
illi propinquius, eò minoribus motibus cietur, ut firmamentum,
quò remotius, pluribus & velut compositis laboribus ad primum
accedere nititur. Sed terra ut remotissima nullo modo eò accedere
potest. Itaq; tota quiescit.* Arist. 2. d. Cœl. t. 82. 66. R. Me-
ræ conjecturæ *hæ sunt, Astronomicis observationibus satis refu-
tatæ, & illationes nullo vero medio cohærentes. Nec propinqui-
tas, nec distantia ad primum mobile causa motus, sed indita cui-
vis à* DEO *natura, & in terrâ indoles magnetica*, t. 15. 24. *Sa-
turnus firmamento est proximus, remotiores ♀. ☉. ☾. Nan ta-
men Saturni aut Martis, sed* Solis motus *omnium planeticorum
simplicissimus, regularissimus, & maximè uniformis est: Diffor-
mior & magis compositus motus Lunæ, perplexior adhuc motus
Martis & Saturni, ut propinquitas primi mobilis ad motum sim-
plicem vel duplicem parum proficiat.* XXXIV. Terram
moveri pugnat *cum ipsius fine, qui est sustinere animalia &
vegetabilia, fruges producere, fovere, nutrire. E. ei non tri-
buendum.* R. Antecedens falsum est. *Et id, quod suo mo-
tu movetur, sustinere, producere, fovere potest, modò non vio-*

lentè

ntè contra naturam concutiatur. Sic mare sustinet naves, hæ homines & alia in illis, etsi per mare plenis ventis decurrant, pedaneum sustinet columnam, statuam, etsi de loco in locum promoveatur: mare pisces nutrit & fovet, etsi perpetuo cursu & recursu agitetur, aër fovet, nutrit, ventilat, aëria corpuscula, ut aves & alia, etsi facile mobilis, & hinc inde agitetur. Sic hortulum aliquem in navigio locare possumus, qui herbas proferet, etsi navis hinc indè cum horto circumducatur. Et terra movetur, sed ut quodvis suo loco fixum positumq; foveat, non convellat aut excutiat, t. 31. Itaq; sustentaculo animalium id nil detrahit. Quomodo globus volvitur, ut musca, vermiculus, suo loco relinquatur, repat, sustentetur, non deturbetur.

39. XXXV. Si terra in circulum procedit, summitates tectorum & urbium in urbibus interdùm ima fient, cum terræ illa pars, quâ fixæ illæ, ad imam, interdum iterùm summa, Cum ad superiorem partem flectetur, quod non experimur. R. Perinde non, ac non ad antipodes profectus imum tui summum fiet, ac contrà, sed quidvis suo situ in homine fixum manet. In quamcunq; partem terra volvatur, ipsa in imo, Cœlum in summo manet, & consequenter partes in eâ sitæ, Vt urbes, turres, ædificia, summitatem ad cœlum erigunt, imum in terrâ fixum retinent, semperq; cœlum supra tellurem est, quod summitates respiciunt, in quacunq; plagâ aut parte mundi tellus rotetur, fundamenta & ima in superficie terræ fixa manent. Sic si acus globo infixeris, & globum volvas, semper capita in summo, cuspides in imo & superficie globi fixi manent, quacunq; globum devolvas. Et in corpore globoso, ut terra & mundus, accuratè nihil supremum aut infimum est, sed omnia eadem sunt. V. t. 20. Sic navi Orbem terrarum circumnavigantes ubi ad imas ejus partes

devenerint, non everſæ eunt, ſed fundum in mari, ſumma a
cœlum erecta tenent, & quæ in illis merces ac homines, omne
ſuis locis fixæ & locatæ manent, nibil earũ evertitur. Conf. t.3
XXXVI. Virtus motiva naturalis *in terrâ eſt ſola gravita*
Sed hæc tantùm eſt principium motus deorsùm, non circulari
E. ſi in terrâ motus eſſet, deorsùm ille eſſet. R. Anteceden
falſum eſt. *Præter gravitatem enim eſt vis indita motiva ci*
cularis in eâ, internæ magneticæ ejus naturæ conveniens, ab ea
reſultans, t. 11. 12. *Per quam præter deorsùm tendentiam & v*
lutationem in orbem pro harmoniâ totius Syſtematis mundani obt
nere poteſt, t. 4. 14. XXXVII. Si terra à principio Cre
tionis mobilis condita, Cur nibil Moſes de eo Gen. 1. *memini*
cum velut miraculum hoc in terrâ fuerit, quod ſileri non debui
R. Etiam gravitatis *ejus & rotunditatis non meminit, quæ t*
men verè ejus. Et motus *maris ac fluxus & refluxus nibil m*
minit, quem tamen ei competere certum eſt: Nec metallorum
mineralium, aut ſuccorum metallicorum in terrâ quidquam m
minit, quorum tamen ſeminaria in primâ Creatione omnia terra
accepit. Maximè *exteriora & ſenſibus ſubjecta memorare v*
luit, & ut Legislatori, non Phyſiologo deſervirent, ſcripſi
Cœtera *cogitanda relinquit, aut aliundè haurienda inſinuat. M*
tus autẽ terræ exteriore ſenſu non percipitur. t. 35. XXXVII
Motus eſt actus *entis in potentiâ, & ad perfectionem aliquam*
tendentis, 3. Phyſ. C. 1. *Sed terra eſt corpus in ſe perfectiſ*
mum, quod ulterioris perfectionis non indigum. E. non motus i
eâ. R. Motus *eſt actus ad perfectionem, ſed vel propriam v*
alienam tendens. Terra movetur non ob perfectionem ſui, ſ
totius mundani Syſtematis, *ut in harmoniâ motionis perp*
tuæ illud ſervetur & continuetur, t. 3. 4. *Temporumq; vic*
unà cum cœli motu inde deducantur, t. 22. *Sic cœlum corp*

long

-ge perfectius terrâ, & tamen continuò ob perfectionem Syste-tis mundani secundùm Aristot: movetur. XXXIX. Si terra Solem vertitur, E. & infernus ad eum vertitur, nam in -æ centro ille est, ut Patres & Theologi communiter censent. hoc improbabile. R. Infernum esse certum; sed ubi ille de-rè sit, incertum, & à nobis tacente Scripturâ non temerè defi-dum est, V. Job. 38. v. 17. Satiùsq; ita vivitur, ne, ubi ille -cise sit, unquam facto ab homine deprehendatur Chrysostom; -gustinus, Gregorius, aliiq; negant, ab homine illud sciri dici posse. Conf. Tract. d. non liquendo, t. 9. Alii extra -c mundum, alii in terrâ, alii in abysso maris eum locant. Sap. 14. Inferni regnum non in terris esse dicitur. Itaq; argu-tum totum ab incertâ hypothesi ducitur, & litem lite resol-. Cœlum & terra in novissimo die substantialiter peribunt, Vt -bases dictorum Scripturæ omninò volunt, Psal. 102. v. 27. -t. 24. v. 30. 35. Job. 14. v. 12. Esai. 34. v. 4. Heb. 1. v. 11. -t. 3. v. 3. seq. Apoc. 6. v 13. Et ex Reformat. Chassa-L. 3. L. C. c. 22. Wollebius L. 1. Theol. C. 36. n. 7. aliiq; -ntur, Vt pleniùs alibi deducitur: Infernus & locus damnato-manebit. Et si omninò cum terrâ in orbem ille usq; ad ex-um diem volvatur, parùm nostro negotio id incommodabit; ob id in cœlo ipsum esse alienè deducendum est. Fixa- omnia suis sedibus in hoc terræ motu manent, non convel-ur, t. 31. 39.

-o. Sic & argumenta ex ratione, experientiis, & sensi-uerunt. Ultimò & XL. Objiciuntur authoritates Pa-n, Theologorum, Philosophorum, Hebræorum, A-im, Græcorum, Latinorum, Christianorum, Rabbi-im, Gentilium, quorum maxima & doctissima pars sem-r ab antiquissimis temporibus terræ quietem propugnaverit,

Exigua

Exigua, varior, & indoctior moveri eam asseruerit. R. Patre funt lumina, *non numina, & testimonia eorum sententiæ alicu jus ornamenta, non firmamenta sunt, ut jam olim* Dec. 2. Miscel d. 4. t. 23. *respondi.* Patrum *nullus solidus Mathematicus fuit, Cujus propriè de hoc dogmate judicare est, Et de Philosophic non ut testes, sed ut opinatores & recitatores locuti sunt. Terr motus autem dogma magis* Mathematicum, *quàm Physicum eoq; in Mathematicorum Scholis magis receptum ac excultum, u* Pythagoræ *& similium, quàm Physicorum fuit, unde* Aristo *ipse ad Mathematicos provocat, Et à Calippo ac Eudoxo qua dam accepisse fatetur, t. 17. Deinde Patres plura aliàs in Physi cis erronea habent.* Augustinus L. 16. de Civ. Dei, Lactan tius L. 3. C. 25. Procopius caten. exposit. *antipodes ri dent, pleriq; ad Occidentem plures terras ignorârunt, de Ame ricâ nihil sciverunt,* Philastrius *varias hæreses ponit, quæ ve rè non tales, & varios errores habet,* Basilius & Ambrosiu *hæreticos censent, qui cœlum quintæ essentiæ cum Aristotele fa ciunt, & Solem formaliter calidum negant, multa Physica inex plicabilia censuerunt, quorum rationes ex* Chymicis & Mathe maticis *hodiè facilè & accuratè damus, de magnete nihil soli di sciverunt, decisionem in Philosophicis sæpè subterfugiunt,* V Fromond. C. 7. *Quod Philosophi veraciter de naturâ rerum demonstrant, S. literis non esse adversum ajunt, Vt* Augustin l. 1. de Gen. ad lit. C. ult. Procopius, Diodorus, Eusebi us, Justinus, Chrysostomus, *cœlum immobile faciunt, side ra ignea esse pleriq; docuerunt,* Augustin. Ambros. Basilius Cyrillus, Chrysost. alii, *Vt* Campanella C. 3. & 4. Apol *docet,* Conf. & Co. à Lapide in C. 43. v. 4. Siracid. Bar tholin. n. 14. Astrol. *Et hanc sententiam communem illis fuis se* Sixtus Senensis in Biblioth. *testatur.* Lombardus *an cœ lum*

an sit fixum, an mobile, utrumq; ex Scripturâ dici posse affirmat, 2. sent. d. 14. lit. C. *Et Mathematicam rem tutiùs Mathematicis, quàm Patribus credemus, quod ipsi interdùm volunt. Idem de* Theologis *habendum. Quidam ex illis & Patribus terræ motum defendunt*, V. t. 3. *Negantium authoritas in re Mathematicâ stringere non potest, quando Scripturæ authoritas non præjudicat, quod hic non est*, t. 18. *Rarò solidè in Mathem. versati sunt, quorum propria hæc tractatio est.*

41. Antiquitas *sententiæ etiam præjudicare non potest. Quidam ad Mosen sententiam de terræ motu deducunt, Vt* Campanella C. 2. Apol. *Si hoc ostendi queat, satis antiqua sit. Sed si res ipsa sit, & à tempore distinctæ ac exornatæ terræ, Cœli, astrorum motus iste jam durârit, satis antiqua esse sententia ostenditur. Veritas enim prior falsitate est. Nobis enim, qui ratione vincimus, frustra consvetudo objicitur. Quasi consvetudo prior veritate sit. Possessor malæ fidei nunquam præscribere potest, ajunt* JCti. *In Mathematicis, non quàm antiqua, sed quàm vera, solida, & justis observationibus fundata, ac ad cœlestes apparentias expediendas concinna sit sententia, attenditur.* Theologorum *authoritas in materiâ Mathematicâ præjudicare non debet. Plerique doctrinam de quiete terræ in Scripturâ fundari censent*, t. 18. 19. *Eoq; ei adhærent. Eo ostenso non esse, non est, ut de eorum authoritatibus magnoperè curetur, sed magis Mathematicis hic creditur, ut in suæ artis materiâ*, t. 40. Aristotelis *authoritas in Mathem. nihili facienda, Cum ipse ad Mathematicos in illis provocet*, t. 17. Et in Physicis *non multum curanda, quod multi ejus* errores *ostendunt, Vt de Cœli incorruptibilitate; Orbium in eo realitate, intelligentiarum assistentiâ & rotatione, motus Cœlestis ac Cœli Mundiq; æternitate, primi motoris necessitate*, 8. Phys. Et 11. ac 12. Metaph. *DEI providentiâ*

videntiâ tantùm ad excelsa contractâ, L. d. Mundo, *fortun-*
seriem providentiæ rescindente, & quàm futilibus ac incon-
quentibus principiis & rationibus interdùm in probando proced-
t. 22. 23. 30. 36. *patet, alibiq; pluribus deducitur.* V. Gassen-
dum L. *1.* c. Aristot. ex. 6. 7. *Hodiè ex* Chymicis *experi-*
mentis longè melius rationes rerum & proprias operationes nosci-
mus, quàm quas ipse aut Aristotelei *assignant, & vanitatem*
principiorum in illis in multis convincere possumus. Melior la-
vis reserandæ Physicæ Chymia est, quàm Aristotelis aut Peri-
pateticorum scripta, quod accuratiores hodierni Aristotelei ipsi,
ut Sennertus, Libavius, Horstius, Mercatus, Unzerus,
Sperlingius, aliiq; *fatentur.* Patres *plerique Aristotelem &*
in Metaphys: & Physicis dogmatibus ferè cunctis condemnârunt,
& Platoni *potiùs aut* Stoicis *faverunt, ut legentibus pa-*
Sic Justinus *librum contra Aristotelem scripsit, ait* Campanel-
la c. 4. apol. p. Galilæo *tradit.* Origenes *eum Epicuro peiorem*
magisq; impium dixit L. c. Celsum. *Reliquis authoritatibus*
authoritates ex Platonicis, Pythagoreis, Astronomis &
Mathematicis *opponi possunt, totumq; hoc probandi genus co-*
tericum & populare est, non accuratum, eoq; in accurato phi-
losophandi genere parum curandum, ubi lumen Naturæ *ut de-*
quatum, & Scripturæ, *ut eminens*, Ratio & accurata obser-
vatio *inquirenda & consulenda, ac ex istis ut justis fundamen-*
tis omnia constituenda sunt, V. Introd. Pans. t. 34. Et d. 2.
Curs. Phil. t. 5. & d. 6. t. 10. *Hominum authoritas hic ne*
stringit, nec judicat. Et hæc de præsente materiâ
disceptata cum DEO *sufficiant.*

(o)